



JOHANNIS GVILIELMI BAJERI,
S. THEOL. D. ET PROF. PUBL.

COLLATIO DOCTRINÆ QVAKERORVM ET PROTESTANTIVM

VNA CVM

HARMONIA ERRORVM

QVAKERORVM ET HETERODOXORVM ALIORVM,

ATQVE OBSERVATIONIBVS NECESSARIIS,

IN MATERIAM

LECTIONVM ET DISPVTATIONVM ACADEMICARVM

CONSIGNATA.

JENÆ,
Sumptibus TOBIÆ ÖHRLINGII, Bibl.

Typis PAVLI EHRICHI, 1694.

ILLVSTRISSIMO COMITI
AC DOMINO,

DOMINO

LVDOVICO

FRIDERICO,

E QVATVOR COMITIBVS
S. R. IMPERII,
COMITI SCHWARZBVRGI ET
HOHNSTEINII,
DYNASTÆ ARNSTETI, SONDERSHVSÆ, LEVTENBERGÆ,
LOHRÆ ET CLETTENBERGÆ,

COMITI AC DOMINO
MEO
CLEMENTISSIMO,

FELICITATEM OMNIGENAM!



ILLUSTRISSIME COMES,
DOMINE CLEMENTISSIME,

QVem pluribus abhinc annis animô conceptum teneo, non dignitatis solùm Tuæ præcellsæ, sed maximè virtutum Tuarum cultum, nec, nisi privatim testari potui, nunc tandem publicè mihi profiteri, pace Tua, liceat.

Pro-

Profectò, quibus honorem debemus, hos, præter internam divinæ ordinationis agnitionem, æstimationem perfectionum ac reverentiam, etiam signis horum externis colere par est. Mihi verò peculiaria suppetunt argumenta, quamobrem TE, COMES ILLVSTRISSIME, spectante orbe literatô, solenniore cultu prosequendum intelligam.

Est in TE virtus antiqua SCHWARZBVRGICORVM COMITVM, per Imperii Romano-Germanici terras celebratissima, per PARENTES TVOS nostrâ laude superiores, ILLVSTRISSIMUM COMITEM ac DOMINUM, DOMINUM ALBERTVM ANTONIVM, *S. R. Imp. Quatuor-Virum, Comitem Schwarzburgi & Hohnsteinii, Dynastam Arnsteti, Sondersbusæ, Leutenbergæ, Lobræ & Clettenbergæ*, COMITEM ac DOMINUM MEUM *clementissimum*, & ILLUSTRISSIMAM COMITEM

TEM AC DOMINAM, DOMINAM ÆMILI-
AM JVLIANAM, *Comitem Schwarz-
burgi & Hohnsteinii, natam de Barby &
Mubling a Comitem, Dominam Arnstetii,
Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ &
Clettenbergæ*, COMITEM AC DOMINAM
MEAM *Gratiosissimam*, ad TE propaga-
ta, educatione quoque sapientissimâ &
conatu TVO atque exercitatione robo-
rata: quæ quemadmodum TE, juvenili
ætate per aulas Magnatum peregrinan-
tem, laude multâ exsplendescere fecit;
sic ad patrias sedes reversum, non tan-
tùm subditos TVOS, sed exteros etiam in
admirationem TVI & obsequium tra-
hit. Quæ cùm communia habeam cum
aliis multis, non tamen deest, quod
meæ functioni atque obligationi magis
proprium videtur: quando TIBI ad regi-
men publicũ ditionum amplissimarum
subeundum edocto, adeò non fastidio
fuit

fuit, sacræ Theologiæ scrutandæ simul incumbere, ut potiùs præter ea, quæ ad com̃unem cognitionem Christianorum sufficiunt, Academicarũ quoq; ἀκροάσεων particeps fieri desiderares, ac præeunte maximè Reverendo Excellentissimoque Viro, DN. MICHAELE Hörnlein / S. Th. Licentiato, Illustrissimo PARENTI TVO à Concionibus aulicis & Consiliis Ecclesiasticis, tantos faceres profectus, qui ab aliis personis illustribus in exemplum trahantur.

Cùm enim rerumpublicarum gubernatoribus non tantùm temporaria civium felicitas, sed inter Christianos maximè, animarum salus curæ cordiq; esse debeat; atque inter jura summarum potestatum, id, quod circa religionem est, πρωτεῖον atque adeò præcipuum esse judicaverunt etiam, qui extra ecclesiam sunt; Tu tenera ætate ac maturo studio

una

unà cum civilibus, sacra & Ecclesiæ propria sic Tibi reddidisti familiaria, ut in utro excelleres magis, ambiguum relinquas.

Accenderat pridem hos igniculos *Illustrissimi* Patris *Tui*, *Domini mei clementissimi*, documentis insignibus spectata pietas, & in tractando verbo divino, ac promovendo cultu sacro labor indefessus ac felicissimus: cui lætis auspiciis jam olim sociata fuit fides non simulata *Illustrissimæ* Matris *Tuæ*, *Dominæ meæ clementissimæ*, atque in privatis publicisque exercitiis ostensa devotio singularis & constans, cæterarum virtutum, quibus uterque eminet, præsidia atque ornamenta certissima. Tu verò, Domine benignissime, spes ac delicium tantorum Parentum, præsentium simul temporum & Ecclesiæ Evangelicæ faciem contemplatus, si unquam

quam ea opus habuit Magistratibus zelo pariter ac doctrinâ religionis instructis, jam omninò talibus indigere, sapienter judicas; quando multiplicantur hæreses, & vel ipsa quidvis credendi libido, vel pristina Tyrannis Pontificia, regnum affectare videntur: ut his demùm ditionibus benè consultum sit, quarum Præsides; non minùs Pontificatui maximo, quàm Imperio gerendo, (prout utramque dignitatem in Imperatoribus quondam Romanis conjunctam fuisse novimus,) pares inveniuntur.

X. Hæc egomet atque alia plura in Te admiratus, causam inde nactus sum, præsens opusculum, quò *Enthusiastarum recentiorum*, quos *Quakeros* vocant, errores cum doctrina Nostratium, praxin etiam amborum, confero; simul illorum harmoniam cum heterodoxorum aliorum, qui antegressi

)( )(sunt,

ſunt, placitis exhibeo, illuſtriſſimo nomini TVO, CLEMENTISSIME COMES, conſecrandi, quod faſtigio TVO tantò minùs indignum, ſpero, exiſtimabis, quantò ſolicitiùs veritatem & errores diſtinguere, atque his nigrum theta præfigere conſueviſti.

Certè cùm ante hos annos quaſi octo Compendium Theologiæ poſitivæ tunc primùm abs me editum, lectione TVA dignatus eſſes, ego verò hoc ipſo nomine me TIBI obſtrictum agnoſcerem & profiterer; TVA ex adverſo gratia tàm benigna indignum me ita porrò complexa eſt, ut etiam arctiùs TIBI devinciret. Nec mihi pro illo tempore conjicere licuit, TE Illius Principis Generum fore, cui mens mea devota libellum illum humillimè dedicaverat. Divum FRIDERICVM Saxonem dico, glorioſiſſimæ

me-

memoriæ PRINCIPEM, DOMINVM ac NVTRITOREM Academiæ Salanæ, meumque, non tutelæ tantùm & communium beneficiorum, ſed peculiaris munificentiæ nominibus æternò mihi cultu proſequendum. Credo autem, bonò omine prorſus eveniſſe, ut eadem opella Socero illi, Tibi Genero futuro, juxta placeret. Quin ab eo tempore per conjugium illud tàm auſpicatum cum Filia ejus primogenita, SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA, DOMINA ANNA SOPHIA, *nata Principe Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium, Angriæ item & Weſtphaliæ, Landgraviæ Thuringiæ, Marchioniſſæ Miſniæ, Principali dignitate Comitis Hennebergiæ, Comitis Marcæ, Ravensbergiæ & Tonnæ, Dominæ Ravenſteinii*; jam etiam *conjugatæ Comitis Schwarzburgi & Hohnſteinii, Dominæ Arnſteti, Sonders-*

 ders-

dershusæ, *Leutenbergæ*, *Lohræ & Clettenbergæ*, PRINCIPE AC DOMINA MEA *clementissima*, TE ad fines familiæ Ducalis Saxonicæ accedentem, novô quoque jure mihi, laudatissimæ Domûs subdito ac servo, suspiciendum colendumque esse, arbitratus, jam etiam laborum Academicorum quoddam specimen, quamvis exile, oculis TVIS gratiosissimis offerre, non dubito.

Suscipe igitur, ILLUSTRISSIME COMES, nativâ illâ benignitate, vultuque gratiosissimo, hoc animi ad omne obsequium perpetuamque venerationem non magis obstricti, quàm promti, testimonium: cum quô preces pro TVA TVÆque Domûs præcellsæ felicitate immarcescibili conjunguntur.

DEUS PARENTUM TUORUM, idemq; TUUS, ILLOS pariter AC TE, unà cum CONJUGE Serenissima, & FILIO præstantissimæ indo-

dolis, ILLUSTRISSIMO COMITE ac DOMINO, DOMINO. FRIDERICO ANTONIO, avitarum paternarumque virtutum hærede certissimo, sospitet, ac superstites esse jubeat quàm diutissimè!

Cumq; paternarum ditionum regimen non ita affectes, ut non longævitatem ILLUSTRISSIMORUM PARENTUM præoptes; nec tamen ita contemnas, ut in partem curarum adsciſci, grave TIBI ſit; faxit DEUS, ut cum colendissimorum PARENTUM ſenectute tranquilla, ac vegetâ, TUA quoque & Serenissimæ CONJUGIS ac SOBOLIS ſuavisſimæ illibata proſperitas atque incrementa, in communis gaudii materiam jungantur.

Sic ILLI Vobis præſidio erunt: Vos illis ſolatio & fulcro: Domus ipſa divinæ benedictionis templum: Eccleſia his Nutritiis ac defenſoribus valens & incolumis: Res civilis his rectoribus

ribus tuta & florens: Subditi pii, benemorati, ac suâ sorte contenti: nec tantùm vicinia nostra, sed & remotior terra, virtutum & felicitatis VESTRÆ spectatrix, divinam providentiam semper venerabitur ac celebrabit. Vale in Jesu nostro, cujus gratia TE TVOSQUE non solùm hoc anno, quem nuper ingressi sumus, sed perpetuò comitetur. Scribeb. a. d. XVII. Januarii. A. C. cIɔ Iɔc XCIV. in Academia Jenensi.

ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINI TUÆ

ad preces & obsequia
humillima

deditissimus

JOHANNES GVILIELMUS BAJERUS, D.

JOHANNIS GVILIELMI BAIERI,
S. THEOL. D. ET PROF. PUBL.

De

ENTHUSIASMI
PRIMA ORIGINE,

ET INCREMENTORUM CAUSIS
AC REMEDIIS,

PROGRAMMA INVITATORIUM
AD
DISPUTATIONES PUBLICAS XXX.
SUPER
COLLATIONE SUA
DOCTRINÆ QVAKERORUM
ET PROTESTANTIUM
SI DEUS VOLET
IN ACADEMIA JENENSI
HABENDAS.



SOlent Medici non tantùm investigare causas morborum producentes, sive radices aut semina sint communia, sive causæ propinquiores aut proximæ; verùm etiam ea, quæ jam exortos præsentesque morbos alunt atque augent. Sic etiam, quibus civilia curæ sunt, inter causas corrumpentes Rempublicam, non ad eas solùm spectant, quæ primis concussionibus originem præbere possunt ac præbent, sed ad fomenta quoque ac subsidia factionum, & quæ jam motos motus fortiores periculosioresque reddunt.

Ecclesiam non minùs quàm civilem societatem corpori humano ἀνάλογον, ac suis velut morbis obnoxiam esse, pridem constat: nec proinde eò duntaxat respiciendum est, unde prima origo hæresium, sectarum, schismatum, trahatur; sed & ratio habenda eorum, quæ erroribus jam natis aut introductis patrocinantur, quæ sectas ac schismata sustentant, & progressus eorum adjuvant, hominesque alios in præjudiciis suis confirmant, aliorum conatibus malitiosis seu rectâ viâ, sive obliquâ, quam indirectam vocant, auxiliantur.

Nimirum & Medici, cùm vel prævenire morbos & arcere prorsus, vel corpora ad plenum vigorem sanitatemque perducere non possunt, id tamen negotii sibi

datum intelligunt, ut incrementis morborum occurrant, ideoque causas incrementorum removendas aut debellandas scrutantur: & simili ratione publicarum rerum arbitri atque curatores, quamvis nullam statûs commotionem negligendam putent; quando tamen non semper Rempublicam integram, sed jam commotam, motus etiam vix ac ne vix quidem prorsus componendos inveniunt, id intereà dant operam, ut gravioribus turbis obicem ponere, causasque invalescentes debilitare possint.

Tantò minùs alienum erit ab his, qui civitati Dei tuendæ divinitùs destinati sunt, cùm in hac vita quietam prorsus ac tranquillam, μὴ ἔχουσαν σπῖλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἁγίαν καὶ ἄμωμον præstare non possint, ad id saltem attendere, ne in majus discrimen sancta societas deducatur.

Inter plura & varia, nec tantùm diversa, sed etiam nonnunquam sibi mutuò adversa mala, quibus Ecclesia affligitur, Atheismum atque Enthusiasmum eminere, notius est, quàm ut ptobari debeat. Uterque tàm firmas, proh dolor! radices egit, ut plenam extirpationem sive amborum sive alterutrius, optare solùm, ante seculi consummationem; non æquè sperare possimus. Licet itaque non minori studio, neque aliis mediis adversùs utrumque hostem certandum sit, quàm, si omninò in hoc seculo tollendi forent: Simul tamen res ipsa monere videtur, ut non minori solertiâ dispiciamus, quænam promovendis illorum successibus hinc inde concurrant, cognitis autem tempestivè obnitamur.

De Atheismo quidem jam non fert ratio instituti, ut pluribus agamus: Enthusiasmum autem ob Quakerorum sectam considerare jubemur, quæ inter plures eò referendas

das caput extulit: ac postquam in certam doctrinæ formam redacta est, obscurare alias, aut in sui obsequium redegisse videtur.

Primam Enthusiasmi originem paucis, sed gravibus verbis descriptam B. *Lutherus* noster exhibet Parte III. Artic. Smalc. art. X. p. m. 333. *Enthusiasmus*, ait, *insitus est Adamo & filiis ejus à primo lapsu usque ad finem mundi, ab antiquo Dracone ipsis veneno quodam implantatus & infusus, estque omnium hæresium & Papatus & Mahometismi origo, vis, vita & potentia.* Si quæras, quando & quomodo *antiquus* ille *Satanas & serpens Adamum & Evam in Enthusiasmum conjecerit?* tunc illud, & hoc ipso, factum docet Lutherus, p. 332. cùm *ab externo verbo Dei*, lege illâ de cavenda comestione fructûs arboris scientiæ boni & mali comprehenso, *ad spiritualitates & proprias opiniones abduceret.* Ita videlicet contigisse putat, ut post lapsum illum primum, non protoplasti tantùm ipsi, sed posteri eorum, à verbo Dei externo ad spiritualitates quasdam propriasque opiniones quærendas, captandas sectandasve maximè propenderent.

Et profectò vel una hæc observatio nos docet, quàm difficile præstitu ac speratu sit, istud malum è mundo tollere, ad quod humanæ mentes inde à lapsu ipsâque nascendi sorte adeò proclives factæ sunt: licet suspectas nobis atque exosas meritò reddere debeat ac possit illuminationes illas immediatas atque universales, tantoperè à Quakeris aliisque jactatas, si cogitemus, latere potiùs in hac herba Paradisiacum illum anguem, qui, quos in contemtum omnis revelationis divinæ inducere non potest, ordinariâ tamen illa & communi revelatione, à Deo communicata, contentos esse non patitur, sed aliam ac spuriam illis persuadet; eam, inquam, quam

velut intra se, jam ante & præter externi verbi usum inveniant, caussis casibusq; omnibus solvendos proportionatam, claram ac sufficientem. Hanc enim naturæ corruptæ connata φιλαυτία καὶ δοκησισοφία, uti libenter cupit, sic facilè credit, & undecunque commendatam animô concipit, ita *nubem pro Junone* amplectitur, aut *pro Iside asinum* veneratur: ut est in proverbio.

Quod si verò paulisper attendamus, unde & quomodo Enthusiasmus ille, semel ac pridem in orbem introductus, & quamvis interdum repressus, tamen etiam subinde reflorescens, denique nostrô seculô incrementa cœperit, atque etiamnunc per alios aliis suaderi soleat: equidem honesti, pii, justi, decori atque utilis, reverà talis, nihil hic est: (quid enim commercii fuerit errori cum sana doctrina? quæ καλοκἀγαθία ejus aut verum lucrum?) attamen non desunt, quæ in mala causa recti bonique speciem habent, humanisque mentibus imponunt.

Est in hominibus post lapsum residua lucis quædam scintilla, legis naturæ compendiolum, discrimen agendorum & fugiendorum monstrans. Deo auctori originem ejus, quoadusque rectè se habet, adscribi eam debere, certum est. Internam hanc esse, atque apprehensis terminis, usuque rationis intercedente, etiam sine monitore aut informatione se aliquando exerere, negari non potest: quamvis, ubi per doctrinam non excolitur, tantò magis manca sit, atque in non paucis obbrutescat. Ecce! hoc, quicquid & quantulum est, quodque naturale est, quod per διάνοιαν ac discursum nos instruit, ducit ac flectit, neque etiam totum officium nostrum, sed partem tantùm ejus, attinet; ita nihilominùs divinum habetur, quasi supernaturale sit: ita immediatum, quasi citra discursum fiat, præsertim quando à di-

scursibus

scursibus plenioribus ac præmeditatis abstinetur; ita perfectum atque adæquatum putatur, quasi huic parere, sit omnes officii numeros implevisset. Sic lucta rationis adversùs inordinatos affectus pro lucta Spiritûs adversùs carnem venditatur; & quando, affectibus utcunque compositis, ratio habenas tenet, Spiritûs hæc victoria de carne, imò regnum ac dominium Spiritûs in carnem, esse censetur. Sed quando rationis judicio quædam præjudicia aut errores se insinuant, fit, ut hæc non minùs, quàm illa, pro dictamine spiritûs interni, eoque supernaturali, habeantur: quando etiam affectus non adeò apertè in principia rationis impingunt, fit, ut pro impetu sancti spiritûs habeatur, quod est passio appetitûs aut motus naturalis, isque ἄνομος: prout inter choleram zelumque sanctum ac divinum sæpe admodùm non satis discernitur. Imò fit ut præter lapsus ex infirmitate facultatum animæ sibi relictarum, Satanas ipse in phantasiam agat, per eamque intellectum turbet, ac voluntatem in consensum trahat; quæ tamen, si non semper, attamen eo casu, quò pugna talium cum rationis principiis non agnoscitur, facilè pro sanctissimi divinique Spiritûs afflatu impulsuve habentur. Sic Enthusiasmus honestus, justus, pius, sanctus, decorus putatur, & aliis atque aliis persuadetur aut insinuatur, in quo, quæ bona sunt, talia tamen ac tanta non sunt, qualia judicantur, cætera falsa, mendacia, impura, pessima.

Habet autem ille peculiarem colorem inde inductum, quòd homines à sectandis vanitatibus externis, rationis judiciò pridem improbatis, ad serium quoddam atque adstrictum vitæ genus revocat ac perducit. Videmus enim homines alienos à luxu, à fastu, à petulantiâ, nugis, ludis; sobrios potiùs, humiles, tranquillos, mansue-

mansuetos, laboris gravitatisque studiosiores. Crederes, hîc omninò comparere *Compositum jus fasque animi sanctosque recessus Mentis & incoctum generoso pectus honesto:* aut, esse hos *fructus Spiritûs*, quales fidelibus, in quibus Christus habitat, proprios agnoscit Apostolus: præsertim quòd illa vivendi ratio non tàm ad captandam aliorum laudem famamve, ἐξ ὑποκρίσεως nata; sed corde ipso ad hos mores assuefacto profecta videtur.

Sed neque hactenùs Scripturas Propheticas & Apostolicas conculcare, blasphemare, aut contemnere, divinam potiùs earum originem seu θεοπνευστίαν, auctoritatem quoque normativam in tractandis externâ opera ac definiendis controversiis agnoscere; sic in ipsa praxi eis uti, Quakeri deprehenduntur. Quâ ratione magis se, quàm aliæ sectæ, commendant, quæ vel suspectæ fidei libros, traditionesve ἀγράφας, vel rationis principia materialia, pro principio & norma credendi vendicant & objiciunt.

Accedit, quòd non tantùm sine vi humana, sine lenociniis humanæ facundiæ, sine spe augendarum opum, ac dignitatis, vel honorum secularium, sed his ferè neglectis, ac toleratis variis adversitatibus, contumeliis, violentiâ, crevisse cernitur Quakerorum secta, multumque amplificata: jamque ultra XL. annos perstitisse, non tàm decrementi aut ruinæ signa de se ostendens, quàm progressus ulteriores pollicita aut minata. Certè in his digitum Dei agnosci debere, Quakeri contendunt; hanc illam viam esse, quâ olim Christiana Religio tot gentes in sui amorem & amplexus traxerit, quæque hodienum inter argumenta, signa ac motiva credibilitatis, originem doctrinæ illius divinam suadentia, à Doctoribus vulgò referantur.

Nec

Nec negari potest, concertationes disputantium de Religione, sæpè acres ac vehementes, cum insectationibus atque injuriis dissentientium conjunctas; simul etiam & vel magis vitia malosque mores, qui in variis, ab Enthusiastarum, ac speciatim Quakerorum, secta distinctis cœtibus ita frequentantur, ut palliari aut dissimulari non possint; sic abalienare animos multorum à qualibet societate reliqua, ut nihil magis tutum ac religiosum putent; quàm secum habitare, à controversiis methodô Academica tractandis abstinere, scientiam ipsam, quæ inflet magis, quàm ædificet, fugere; consortium etiam ac fraternitatem Ecclesiasticam cum his, qui male vivunt, fastidire & aversari.

Denique ipsa immunitas à ceremoniis quibuslibet; exemtio à jurisdictione Ecclesiastica ordinata; libertas credendi ac profitendi, quicquid videtur; licentia subeundi munus prædicandi publicum, omnibus concessa, quoscunque impetus quidam animi eò traxerit; adeò blandiuntur corruptis mentibus, ut hanc religionis formam, velut omnibus aliis simpliciorem ac faciliorem, contemtis aut desertis cæteris, eligant, aut persuaderi sibi ab aliis permittant.

Ita vires acquirit eundo Quakerismus, & quam hactenùs contagio labem dedit, facilè porrò dabit in plures.

Quid autem consilii supersit, videndum est: ne, tanquam otiosi spectatores, remissis manibus mentibusque, doctrinam, fidem, Ecclesiam, his periculis expositam relinquamus, imminui magis magisque aut pessundari patiamur. Sanè Gamalielis illud *Act.* V, v. 38. 39. non temerè in imitationem ttahendum esse, aliàs peculiari Dissertatio-

ne ostendimus. Armatâ manu opprimere patronos errorum atque asseclas, quietos licet & conscientiam prætexentes, neq; hactenùs rectiùs informatos & convictos, alienum esse à praxi Christi & Apostolorum, similiter Dissertatione aliâ docuimus. Quodsi disputando aut scribendo adversùs Enthusiastas, aliquid tentandum porrò esse, nec sine successu effectum iri dicamus; *J. Hoornbeck* ex adverso dubium movet: *cum istius farinæ hominibus neutiquam operose disputandum esse*, monens: *Nam neque id merentur*, ait, *illorum dogmata & opiniones, quæ difficultatem nullam magnam continent, neque illos reddes eò magis dejectos aut convictos: quin uti cum improbitate, audaciæ impudentiæq; litare propositum illis, ita inde priùs animos sumunt, atque insurgunt arrogantiores, si prolixe refutentur; quasi tanti fiant, & ipsorum sententiæ non levi labore oppugnari possint.* Lib. VI. Summæ Controv. p. m. 386. Sed is nihilominùs agnoscit, *aliorum causa, quos adversùs seductionem muniri & moneri oporteat*, rectè *impendi operam*, quæ *in sanandis* Enthusiastis ipsis *plerumque frustrà impendatur*. Monet etiam, *detegenda esse illorum* κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης καὶ τὰ βάθη, *& in quæ principia atque ἀκίνητα dogmata incurrant*; quamvis *absque multo opere & molestia, digitô quasi ostendenda* arbitretur; *longas multasque adversùs illos scriptiones faciendi authorem se non fore* testatur. Verùm hæc quidem ille, ad Enthusiastas paulò antiquores spectans, quales *Anabaptistæ, Schwenckfeldiani, David Georgius* cum sociis, *Fratres Roseæ Crucis, Val. Weigelius, Esaias Stifelius, Ezechiel Meth*, & similes fuerunt: homines plerumque parùm literati, confusa capita, & apertò fastu turgentia. Quando autem de *Roberto Barclajo*, Quakerorum Apologeta, fortassis dicere licet, quod

de

de Rabbi *Mose ben Maimon*, uno ex Judæorum magistris quidam dixerunt, *primum eum inter suos desiisse nugari:* nec negandum est, virum illum, familiâ inclutâ oriundum, ingeniô felicem, doctrinâ seculari ac supellectilè librariâ instructum, non rarò formaliter disputare, atque ita agere causam suorum, ut hi etiam rata habeant communiter, quæ ab illo sunt gesta: cui non immeritò jungendi *William Penn* & *Georgius Keithus*, quorum uterque literaturæ Græcæ & scriptorum Ecclesiasticorum notitiâ, hic etiam Philosophiæ, quam contemplativam vocant, peritiâ, pollent; jam profectò tantò minùs subterfugiendum nobis erit certamen accuratum, ut potiùs distinctè per partes apparandæ sint vindiciæ veritatis, & argumenta adversariorum eruditè ac solidè solvenda.

Quando autem illi domesticas calidioresque Nostratium æquè ac aliorum, in singulis cœtibus, disceptationes in materiam taxandarum utilium ac necessariarum disputationum atque elenchi doctrinalis & nominalis convertunt; equidem cavendum nobis est, ne vel ullum exemplum litis Ecclesiasticæ inter fratres, ex invidia, odio, suspicionibus temerariis, cum iniqua aut sycophantica verborum alienorum interpretatione aut detorsione conjunctum, ne λογομαχία inanis aut insectatio personarum ulla compareat: neve præter rem & veritatem confictis novis sectis, Ecclesiam nostram ipsi contaminemus. Simul autem omninò laborandum est, ne apud nos Theologiæ Polemicæ cultura & exercitium vilescat aut frigeat: sed ut tantò solicitiùs ac diligentiùs tractetur: Ita quidem, ut pro ratione doctrinæ atque errorum ex adverso occurrentium, partim vera verorum dogmatum fundamenta dextrè intellecta & applicata in-

promtu sint; partim ad statum controversiæ cum dissentientibus, accuratè formandum, termini Ecclesiastici & scholarum, confusioni & lusibus adversariorum excludendis oppositi, observentur; & quia veritas mendaciis ac fraudibus non eget, id agamus, ut sententia adversariorum, qualem reverà tenent, citra imputationem alterius, quam suam non fecerunt, nudè ac sincerè proponatur, solidè ac perspicuè impugnetur, ac falsitatis convincatur, monstratâ simul erroris cujusque gravitate ac periculo: cæterùm dictis scripturæ atque hinc illatis argumentis certetur, non scommatibus, non maledictis, non contumeliis, quibus polemica sacra non potest non degenerare in opera carnis, ac perdere suam vim atque usum.

Cæterùm muniendi etiam sunt animi nostrorum, & monendi οἱ ἐξ ἐναντίας, ne aliam sibi victoriam de mundo polliceantur, quàm per fidem, quæ est in Jesum Christum, Filium Dei ac Mediatorem nostrum, ratione meriti obedientiæ suæ passivæ pariter atque activæ spectatum, ac fiduciali assensu apprehensum: ex qua demùm fide proficiscens contemtus bonorum terrenorum ac vanitatum hujus seculi, Christianis proprius est: absque ea, quicquid est abstinentiæ, mansuetudinis, patientiæ, honestos fortasse civili sensu, non æquè Christianos aut filios Dei, vel facit, vel declarat. Similiter in adiaphoris quidem abusus aut intempestivitas atque ἀμετρία, ab usu moderato, tempestivo ac divinitùs concesso distingui debet: Nostrum tamen erit, vel his monitoribus, in nos descendere, & quæ in quolibet statu hierarchico, vitaque privata singulorum, præter & contra Christianos mores hactenùs admissa sunt, scrutari, taxare, abrogare aut desererere,

rere, ut *nec* nos *conformemur huic mundo*, sed *transformemur spiritu mentis* nostræ, *Rom.* XII, 2. ut, *abnegatâ impietate & mundanis cupiditatibus, sobriè justè ac piè vivamus in præsenti seculo: Tit.* II, 13. ut simus ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, *irreprehensi ac sinceri*, nempe *filii Dei inculpati*, τέκνα ἀμώμητα, *in medio nationis pravæ ac distortæ*, *inter quos* (homines) *splendere* jubemur, *tanquam luminaria* (cœli) *in hoc mundo: Phil.* II, 15. præcipuè autem, ut, qui præsunt *gregi Dei*, *pascant* eum, atque *inspectioni* illius *vacent, non coactè, sed libenter; neque turpis lucri studio, sed prompto animo: neque ceu imperiosè dominantes cleris, sed qui sint exemplaria gregis.* I. *Pet.* V, 2. 3.

De Scripturis Sacris doceamus & probemus, quòd non solùm πρὸς τὸν λόγον ἔξω norma sint controversiarum inter dissentientes extrinsecùs componendarum; sed omninò principium adæquatum, perspicuum atque adeò unicum omnis cognitionis spiritualis in hac vita, de lege quidem communi, & concurrente divinâ virtute, quam indissolubiliter sibi conjunctam, velut intimam, habent; nec tantùm quoad ea, quæ expresſè sunt scripta; verùm etiam, quæ per pronam ac necessariam consequentiam inde fluunt, sese exerentem; quodque norma sint etiam nostrorum διαλογισμῶν, intra animum nostrum, ut vel cogitando aliquid præter aut contra Scripturam in negotio fidei ac religionis statuere, nefas habere oporteat.

Quòd verò Quakerismus non iisdem artibus ac violentiâ, quibus Papismus ac Muhametanismus invaluit, aut Gentilismus olim suffultus fuit, incrementa sua nactus videtur; meminerimus nos eorum, quæ aliâs de efficacia errorum, præsertim subtractâ, justô Dei judiciô,

ob ingratitudinem hominum, gratiosâ luce, & intercedentibus partim φιλαυτία inordinatâ, partim scandalis eorum, qui veram doctrinam habent &c. edocti sumus. Nempe non ideò zizania desinunt esse zizania, quòd velociter crescunt, & vel ipsas bonas fruges circa se suffocant. Et aliàs à B. *Musæo* in Tract. de Eccles. P. I. Disp. IX. contra Pontificios ostensum est, signa & motiva credibilitatis, quæ pro doctrina Christiana, quatenùs Scripturis sacris comprehensa superest, rectè urgentur, non æquè ad doctrinas illas, de quarum convenientia aut disconvenientia cum Scripturis sacris quæritur, immediatè applicari posse.

Postremò, quando Enthusiastis placet immunitas à ceremoniis, non illis duntaxat, quas Christus in Novo Testamento non sancivit, sed abrogavit; verùm etiam à Baptismo & Cœna Sacra: nobis potiùs horrori sit, hæc Evangelicæ gratiæ media, inter infirma atque egena elementa referre, quorum efficaciam spiritualem nos ipsi, si veri Christiani sumus, multò certius, quàm illi luminis sui interni & immediati virtutem, experti sumus. In his ne ad momentum quidem cedamus: deposita hæc Dei tantò majori cum devotione servemus, & celebremus, profanationem omnem, cùm ex parte administrantium, tùm ex parte utentium, aut adstantium, procul habentes. Jurisdictionem Ecclesiasticam, quemadmodum à Pontificia tyrannide purgatam habemus, ita ad ejus similitudinem reduci, aut legitimam undecunque labefactari, neutiquam patiamur. De disciplina Ecclesiastica, usui pristino ac genuino restituenda, communicatis consiliis cogitemus, nullamque occasionem eam vel ab exilio retrahendi negligamus: mediis tamen modoque legitimo uten-

utentes. Libertatem credendi non, nisi restrictam ad verbum Scripturæ, Christianos decere, recordemur, & doceamus: cæterùm Ecclesiam esse in Republica; ministerium illius esse ad certum hominum ordinem in Ecclesia constituta delatum; personarum nævos aut vitia muneri ipsi non derogare, ἐυχημοσύνην καὶ τάξιν observari constanter debere, neque in negotio Religionis, quid nobis commodius sit aut facilius; sed quid Deus jubeat, observandum esse moneamus.

Equidem dubium est, an sperari possit, quæ monuimus, praxi communi comprobatum iri, in hac mundi fæce: ubi magis magisque metuendum est, ne illi, qui *formam pietatis*, μόρφωσιν τῆς ἐυσεβείας, *habent*, *vim* tamen *ejus abnegent*: II. *Tim.* III, 5. & quæ fuerunt vitia, mores fiant: ubi studiorum solidiorum quoddam quasi frigus sentitur, quod barbariem pleniorem portendit: præsertim verò controversiarum fidei ac religionis tædium eousque progreditur, ut seriæ gravissimæque quæstiones, tanquam inutiles vitilitigationes, λογομαχίαι aut quisquiliæ scholasticæ contemnantur aut condemnentur. Sed urget nihilominùs reverentia Numinis, & de Ecclesiæ necessitate solicitudo, in tanta periculi magnitudine, mentes nostras, ne quisquam, quod à sua parte præstari potest, omittat.

Nobis intereà, qui in Academiis docemus, id præcipuè negotii datur, ut ἔλεγχον τῶν ἀντιλεγόντων ne negligamus, sed futuros Ecclesiæ Ministros, partim prælectionum, partim disputationum exercitiis, informemus, atque ad subeunda, pro cujusque vocatione, munia publica præparemus.


Pecu-



Peculiarem verò occasionem subministrat vir venis Perquam Eximius ac Doctissimus

DN. SYLVESTER TAPPE
Hildesiensis Saxo,

qui, cùm Collationem Doctrinæ Quakerorum & P testantium, unà cum Harmonia Quakerorum cum I terodoxis antiquioribus, à me consignatam, publico u destinari audivisset; hanc sibi materiam publicaru Disputationum poposcit, *perpetui Respondentis* offi *triginta* exercitiorum *vicibus* functurus. Mihi ver cui laudati Commilitonis industria atque eruditio profectus, probitas etiam & modestia præclara, plu bus documentis, cùm ex privatorum collegiorum, t ulteriore conversatione familiari, hactenùs cognita tantò magis jucundum fuit, hâc etiam viâ honestis sideriis ejus rem gratam posse præstare. Sic igitu favente Deo, constituimus, Disputationum illarum i tium facere *die XX. hujus mensis*, horis antemeridia consuetis. Secuturas etiam non minùs tempestiv tabula publica significabimus. Jam verò ad hæc ex citia sacra, piis mentibus studiisque sinceris frequ tanda, Clarissimos Doctissimosque Dominos Comm tones, qui Theologiam amant, nobisque favent, offic sè atque amanter invitamus. P.P. Dom. II. Epiphan. d. XIV. Januarii A. C. cIↄ Iↄc XCIV.





J. N. J.

BREVIS COLLATIO

DOCTRINÆ ET PRAXIS RELIGIONIS QVAKERORVM

quos vocant,

ET PROTESTANTIVM,

CAPVT I.

De

REVELATIONIBVS IMMEDIATIS;

TANQVAM PRINCIPIO NORMA ET JVDICE DOCTRINÆ FIDEI ET MORVM.

QVAKERORVM

THESIS PRIMA.

PRincipium cognoscendi, sive Objectum formale doctrinæ fidei & morum, unde oritur, & in quod ultimò resolvitur omnis cognitio fidei divinæ de his, quæ ad cultum Dei & salutem hominum pertinent, *Quakeris* est Revelatio seu Locutio Spiritûs Dei interna & im-

PROTESTANTIVM

ANTITHESIS PRIMA.

OBjectum formale sive Principium cognoscendi doctrinam fidei & morum, est quidem Revelatio seu Locutio Spiritûs Dei; non autem interna & immediata in intellectu hominis cujusvis salvandi.

& immediata, in intellectu hominis ad Dei cultum & salutem perducendi; à Scripturis pariter & Lumine Naturæ distincta.

Videatur

ROBERTUS BARCLAJUS Thes. Theol. II. ubi *Revelationem Spiritûs* dicit *esse illud, quô & hactenùs revelata est, & nunc revelatur, & solummodò revelari potest vera cognitio Dei.* Intelligit autem Revelationem *internam & immediatam;* uti docet inscriptio, & significatio argumenti theseos. Confer ejusdem Apologiam, Th. II. pag. 4. ubi *certam, Spiritualem* & *salutiferam cordis scientiam, (incertæ, literali, inani aëriæque cognitioni* oppositam) *non nisi internâ & immediatâ manifestatione & revelatione divini Spiritûs, lucentis in corde & intellectum illuminantis, consequi aliquem,* se & suos *affirmare* scribit: idq; probandum in se suscipit pag. 5. & seqq. Præsertim p. 22. 23. 24. 25. §. XI. XII. docet, intelligere se *afflatum ductumque* Spiritûs immediatum, non solùm *subjectivè* sed etiam *objectivè:* i. e. non tantùm *ex parte subjecti, illuminando intellectum ad credendam veritatem,* revelatione mediatâ atque *in Scripturis declaratam;* verùm etiam *præsentando eam veritatem aut* veram doctrinam *objectivè, sive tanquam objectum: non mediantibus scriptis & libris* &c. Add. Apol. Thes. V. & VI. pag. 87. & 109. ubi lumen illud in corde revelatum à *ratione* & *conscientia* & *reliquiis imaginis Dei in Adamo post lapsum relictis* diversum esse monet, & secùs sentientes taxat. Quibus respondent, quæ idem scripsit in Catechismo seu Confessione Fidei (Glaubens-Bekänntniß) Suæ & Sociorum, Cap. II. pag. 45. in Animadversionibus ad Exercitationem Nicolai

Sic enim

AUGUSTANA CONFESSIO. Artic. V. *damnat* eos, *qui sentiunt, Spiritum Sanctum,* (qui fidem efficit) *contingere sine verbo externo hominibus.* Similiter P. III. Artic. Smalcald. Art. VIII. p. 331. *præmuniunt* se Nostri *adversum Enthusiastas, id est Spiritus, qui jactitant, se ante verbum* (vocale & externum) *& sine verbo Spiritum habere.* Et pag. seq. 332. scribunt: *Hoc in universum antiquus est Satanas & serpens, qui etiam Adamum & Evam in Enthusiasmum conjiciebat, & ab externo verbo Dei ad spiritualitates & proprias opiniones abducebat.* Add. B. LUTHERUS Lib. II. contra cœlestes Prophetas T. III. Altenb. p. m. 66. b. 67. a. & Rev. MINIST. *Lubec. Hamb. & Luneb.* Warnung für dem Buch El. Prætorii Cap. II. p. 51. seqq.

Nicolai Arnoldi de Quakerismo passim, & Vindiciis Veritatis (Rettung der Warheit) contra Arnoldum Bauli. p. 6. seqq. In eodem, hoc lumine immediato, tanquam principio rectè & salutariter cognoscendi Deum, asserendo, occupantur libelli Quakerorum; Weg zum Königreich. Gründe und Ursachen/ warum sie die Lehrer der Welt verleugnen. JACOBI PARNELII Eckstein/ FRANCIS HOWGILL Eröffnung des Rauchs der Morgenröthe. p. 11. 25. 27, & alii ad theses seqq. citandi.

Præiverunt

Seculô II. à Christo exhibito CATAPHRYGES seu MONTANISTÆ, (duce *Montano* Phryge) qui & SPIRITUALES dici cupiverunt; de Spiritu, quem Christus promisisset, quemque Montanus sine mensura accepisset, se quoque participare, eôque immediatè illuminari ac doceri ad cognitionem Dei sublimem perfectamque, perhibentes. Vid. *Apollinaris* Hieropolitanus apud *Euseb.* L. V. Hist. Eccl. cap. XVI. pag. m. 179. edit. Valess. *Epiphanius* adv. Hæres. L. II. T. I. Hæresi XXVIII. aliis XLVIII. p. m. 402. seqq. edit. Petav. *Theodoret.* lib. III. Fabb. Hæret. n. II. Tom. IV. Opp. pag. 227. edit. Jac. Sirmondi. *Augustinus* de Hæres. ad Quod vultd. Cap. XXVI. p. m. 146. edit. Helmst. cum comment. Lamb. Danæi: *Isidorus* Lib. VIII. Etymol. C. V. p. 65. G. edit. Colon. Jacobi du Breul. Post Montanistas Seculo IV. EUCHITÆ sive MESSALIANI, (qui & *Psalliani*,) *Spiritûs Sancti præsentiam* ejusmodi sibi tribuentes, unde *prophetias* acciperent, *neque Doctrinâ* externâ *opus* haberent, *quæ refrænet & doceat rectè atque ordinatè incedere.* (ὡς μηκέτι δεῖσθαι λοιπὸν διδασκαλίας, χαλινούσης καὶ βαίνειν εὐτάκτως παιδευούσης.) teste *Theodoreto* IV. Hist. Eccl. C. XI. p. m. 163. edit. Valess. & L. IV. Hær. Fabb. C. XI. p. 242. 243. ubi eosdem propterea *Enthusiastas* appellatos fuisse memorat. Confer *August.* de Hæres. c. LVII. p. m. 280. & Danæum in Comment. p. 282. *J. Damascen.* de Centum Hæres. p. 581. 582. edit. Gr. L. Basil. A. 1575. *Constantin. Harmenopul.* Lib. de Sectis, sive Catalogo de Opinion. Hæret. p. 5. & 6. edit. Helmst. Denique seculo proximè superiore primi ANABAPTISTÆ aliique COELESTIUM PROPHETARUM atque ENTHUSIASTARUM nomine famosi, præsertim THOMAS MÜNZERUS, methodum doctrinæ talem offerens, quâ fiat, ut Spiritus mentem hominis intimè occupet, certamque omnium rerum cognitionem largiatur: (Daß der Besitzer in das Innwendigste komme/ und gebe ins Hertz ein gewis Urtheil von allen

 Dingen/

Dingen/ und werde also der Mensch den Creaturen entrissen. Vid. B. M. *Chemnitius* P. I. LL. de Lib. Arbit. cap. VIII. p. m. 202. Didicit autem illa Münzerus à præceptore suo NICOLAO STORCH, uti memorat *Philippus Melanchthon* apud *Joh. Gastium* de Anabaptismi exordio, erroribus &c. p. 247. Magis operosus in eo errore propugnando fuit CASPAR SCHWENCKFELDIUS, uti apparet ex Libellis ejus de Sacris Literis, De Verbo Dei, Responsf. ad Philippum, & Epistolis Tom. I. Ep. LVIII. Tom. II. ep. IV. ubi Deum immediatè loqui, docere, illuminare homines, atque hinc pendere agnitionem Dei veram, contendit. Vestigia ejus secutus est VALENTINUS WEIGELIUS, ac *Verbum internum, testimonium interius, Spiritum internum,* unde *omnis cognitio Dei* ipsumque *regnum Dei,* petendum sit, commendat. Part. I. Postill. p. 153. P. II. p. 61. & 184. P. III. p. 61. 74. Adde Ejusd. Gülden-Griff. pag. 3. Reprehendit etiam illos, qui allocutionem illam internam *Enthusiasmos* esse judicant. P. II. Postill. pag. 144.

Observatio.

Principium illud cognoscendi, *Incomplexè* acceptum, multis nominibus apud Quakeros venit. *Lumen, Semen, Gratiam, Verbum, Spiritum Dei,* vocat Barclajus Apol. ad Thes. V. & VI. §. XIII. p. 82. *William Caton* in Schall der W. p. 25. plura cumulat vocabula: Geist / Wort / Sohn / Ebenbild / die Hand / der Finger / die Weißheit / der Wille / das Liecht / oder Gemüth GOttes / oder wie man es nennen will. Sic autem & *Weigelius* Güld. Griff. Cap. XXV. p. 67. Das Wort / scribit, (quod anteà librum internum appellaverat) ist die Weißheit GOttes im Menschen / es ist die Bildniß GOttes im Menschen / es ist der Geist oder der Finger GOttes im Menschen / es ist der Saame GOttes / deß Gesetz GOttes / Christus / GOttes Reich / es ist das Weib (fortè scribendum erat, Wort). deß Lebens in uns &c. Quòd si *complexè* enunciandum sit, redibit ad has duas enunciationes: Quicquid Spiritus Dei, (aut Deus,) immediatè in animo hominis dicit, verum est. Et: Quicquid hominis intellectui, quiescentibus sensibus, imaginatione & ratiocinatione propria seu discursu omni, cognoscendum objicitur, hoc Spiritus Dei immediatè in animo hominis illius dicit. Verùm illi quidem, quamvis suppositâ utriusque propositionis veritate, non tamen discursiva cognitione delectantur, sed singularum assertionum, quas in animo habent, conceptus peculiari & immediatæ operationi Spiritûs adscribunt.

THESIS

NImirum *Naturæ lumen* (quod vocatur, tanquam perfectio naturæ ad actus connaturales debita, ac donum accidentale) quò partim sine discursu, apprehensis terminis in notitiam existentiæ Dei ferimur, partim ex rerum finitarum ac materialium conspectu ad cognitionem Dei ac regularum quarundam cultûs divini perducimur; nullius usus esse in vera Dei cognitione, perhibent.

Videatur

R. BARCLAJUS Apol. Thes. V. & VI. p. 87. ubi docet, *Hominem* quidem *rationalitate* suâ *capacem esse in cerebro apprehendere quasdam notiones scientiæ Dei & rerum spiritualium; sed hoc non esse aptum & rectum organum;* atque *impedire* eum *potiùs* in negotio *salutis*. Et ISAACUS PENNINGTON in opusculo de Via Vitæ & Mortis (Wegh des Levens ende Doots) p. 47. ad Objectionem, quòd Lumen illud Quakeris tantoperè jactatum, sit Lumen Naturæ; respondet, *non* esse aliquid *natura humana*, quamvis sit *in natura;* esse autem *ex Natura Dei & Filii ejus Jesu Christi*: & addit, *Deum pervestigare corda* nostra, *suâ propriâ face*, (aut luce)

NAturæ tamen lumen, licèt nec omnia tradat homini salvando cognitu necessaria, nec nisi humanam fidem gignat; veram tamen eamque non parum profuturam cognitionem Dei & regularum cultûs ejus, mediante discursu ex principiis evidentibus deductô suppeditare, credunt ac docent.

Videatur

APOLOGIA *Aug. Conf.* ad art. XVIII. p. 219. ubi occupatur in ostendendo discrimine eorum, quæ sunt *liberi arbitrii*, quoad vires *naturales;* & quæ *gubernationi Spiritûs Sancti* debeantur: ac *retinendam* esse monet *Pædagogiam*, *quia omnes homines pariter debeant scire, & quòd Deus illam civilem justitiam* (cultum sui naturalem) *requirat, & quòd aliquo modo præstare eam possimus.* Confer B. JOH. SCHRÖDERI Opusculum de Princip. Theol. & Nat. Not. Dei Cap. II. ubi postquam Sect. I. inde à p. 177. ostendisset, quomodo *è libro Naturæ Naturalis notitia Dei desumatur;* deinde Sect. II. pag. 288. *Usum naturalis notitiæ Dei triplicem* tradit: (1.) *Non*

Ut homo Deum quærat. II. Ut quæsi tum & inventum glorificet. III. Ut si istud negligat, existat inexcusabilis. Laudat & sequitur eum B. Ger hard. T. I. LL. de Nat. Dei cap. III. §. 10. pag. 193. seqq. Add. Rev. Minist. Hamb. Quäcker-Greuel Cap. IV. §. IV. pag. 131.

Non ullâ, quæ in hominis natura, (ex primævo statu) *sit superstes.* Verba Belgici Idiomatis hæc sunt: *De Heere is de Doorsoeker van het hert, ende hy doorsoeckt het met syn eige Keers, ende niet met eenige die in des Menschen natuer overgelaeten is.* Francis Howgill quoque in Eröffnung des W. der M. pag. 16. prohibet, *ne quæramus Deum in natura: Deum enim naturæ se occultare.* Gehet aus / habet ex Anglico versio Germanica, zu suchen in der Na tur/ vor welcher sich GOtt selbst verhelet. Eodem quoque spectat, quod in Philosophiæ studium (unde tamen homines ad cognitionem & cultum Dei non inutiliter perduci possunt) passim invehuntur: De quo infrà suo loco videbimus.

Præiverunt

Enthusiastæ priores; ex quibus Valentinus Weigelius, Deum ex intuitu creaturarum verè cognosci posse negat. In den Creaturen/ ait, wird GOtt nicht funden/ weder gesehen/ noch erkannt in Ewigkeit; Denn allein in seinem Bildniß/ Wort / das aus GOtt im Menschen/ Menschliche Gestalt angenommen/ als der Sohn des Vaters selbst in uns lebet. Güldengriff Cap. XIV. p. 40. Et quanquam aliàs Cap. V. p. 15. videatur agnoscere cognitionem Dei ex lumine Naturæ, quam etiam appellat *Sophiam naturalem*, das ist / natürliche Weißheit von GOtt und seinem Geschöpff; mox tamen mentem suam ita declarat, ut constet, eum nihil veri tribuere Naturali illi notitiæ, nisi quantum subjecta est actu in homine Lumini supernaturali, immediatè docenti, atque ita Deum in creaturis aut ex iis manifestanti. Eam verò, quam insitam vocamus, notitiam frustrà ibi quæres; quippe quod illius est, supernaturali lumini unicè adscribitur. Idem faciunt Paulus Felgenhauerus & alii, Philosophiæ, quantumcunque ad Deum agnoscendum colendumque tractetur, hostes & obtrectatores: de quibus plura suo loco memorabimus.

Observatio.

Equidem olim atque nuper Enthusiastæ à Nostratibus accusati sunt, quasi ipsum Lumen Naturæ Revelationi supernaturali verbo

scripto

scripto comprehensæ, tanquam principium fidei, substituerent; atque adeò plus justo extollerent: ac certum est, si quid veri atque recti est, quod illi suâ mente immediatè cognoscunt de Deo & his, quæ ad cultum ejus pertinent; id Lumini Naturæ, quod ex se delere prorsus nequeunt, provenire. Atque huc spectârunt Nostrates illi. Nec negari potest, dici aliquando ab Enthusiastis *lumen connatum:* uti olim Weigelius dixit, das angebohrne Liecht/ P. II. Postill. p. 184. Quia tamen illi hoc, quicquid est, distinguunt à lumine Naturæ, ac supernaturali cuidam locutioni Dei in se adscribunt; prætereà naturam in vera Dei cognitione prorsus passivè se habere statuunt: ideò error ille meritò notandus h. l. fuit.

Thesis III.

DAtur autem (juxta Quakeros) Locutio aut manifestatio Spiritûs Dei Supernaturalis & immediata etiam post consignatas Scripturas Propheticas & Apostolicas, atque extra eas; in quolibet homine, pro statu communi hodierno: Idemque fuit principium & objectum formale fidei omnium Sanctorum, omnibus seculis.

Antithesis III.

REvelationem divinam supernaturalem, equidem signis modisque diversis, & inter hos etiam inspiratione seu illuminatione Dei interna & immediata olim fuisse peractam; sed hoc modo paucis tantùm obtigisse, credimus, ita ut ad aliorum notitiam voce partim, partim scripto deferri oporteret, quæ illis manifestabantur: non autem fuisse Deo visum, vel olim omnes & singulos immediatè & supernaturaliter illuminare & docere; vel ad finem usque mundi Ecclesiæ novas impertire illuminationes, quibus singuli intra se docerentur.

Videatur

R. Barclajus Thes. II. ubi, *Ejusdem Spiritûs revelatione*, ait, *Deus seipsum semper filiis hominum patefecit; Patriarchis nimirum Pro-*

Huc Spectant

Partim quæ in Aug. Confess. art. V. *de institutione ministerii, ut fidem consequamur;* partim quæ in Artic. Smalcald. P. III. art. VIII.

phetis

phetis & Apostolis, quæ revelationes Dei per Spiritum olim formale eorum fidei objectum fuere, & adhuc ita permanent: quum objectum fidei sanctorum idem sit in omnibus seculis: idque in Apol. hujus Thes. §. VII. seqq. ad XII. p. 12. seqq. ad 25. prolixè probat. Confer ejusdem Catechis. Cap. II. §. 5. & ISAAC PENNINGTON Wegh des Levens &c. p. 13. 14. WILLIAM AMES. lib. Die Sache Christi und seines Volcks Gerechtfertiget: (aliàs Beschirmung der Warheit) Cap. VIII. p. 17. 18. 19. 20. Cap. XIII. p. 29. Cap. XIV. p. 32. 33. Cap. XVI. p. 36. 37. Cap. XVII. p. 42. WILLIAM CATON Beschirmung der Warheit &c. pag. 13. & append. p. 74. Ejusdem Schall der Warheit. p. 21. JAMES PARNEL Ondersoeker des Geloofs. p. 7. J. N. Liefde tot de Verloorene præf. p. 4. STEFFEN CRISP. Triumph der Warheit pag. 7. WILLIAM SCHEWEN Glaube und Erfahrenheit eines Christen. Sect. XV. pag. 161. seqq. GEORG FOX Beschirmung der Warheit. pag. 3. seqq. ad 8. qui omnes Spiritum in omnibus non tantùm præsentem, sed loquentem immediatè atque adeò audiendum esse prædicant, urgent, & in dissentientes invehuntur.

pag. 332. 333. de adhibito divinitùs *verbo externo*, prolixiùs leguntur. Confer B. MART. CHEMNIT. Exam. Conc. Trid. P. I. Sect. de Orig. causa & Usu Scripturæ V. T. p. m. 13. & Sect. de Script. N. T. p. m. 24. seqq. B. *Gerb.* L. de Minist. Cap. II. §. 39. 40. 41. ubi docent, quomodo Deus multitudinem hominum in V. & N. T. per Patriarchas, Mosen, Prophetas, Johannem Baptistam; & post Christum, per Apostolos, revelationibus divinis instructos, in cognitionem sui cultûsque debiti perduxerit. Quæ quamvis non directè opponantur Enthusiastis, sententiam tamen à hâc Antithesi traditam declarant & confirmant. Vid. etiam B. MUSÆI Introd. in Theol. P. III. cap. 1. §. XII. XIII. XIV. p. 231. seqq. Add. de Revelationibus immediatis non expectandis laudatorum MINIST. *Lübec. Hamb.* & *Lüneb.* Ausführl. Bericht. p. 144. seqq. Warnung für El. Prætorii Buch / Exam. Abusus II. p. 51. seqq. Quäker-Greuel. Cap. IV. §. 2. p. 193. seqq.

Præiverunt

MONTANUS, qui omnibus ad se accessuris afflatus spirituales immediatos pollicitus est: *Ecce*, inquiens, *homo tanquam lyra* (est): *ego verò seu plectrum volo* (i. e. citò in eum feror, eumque moveo:) Vid.

Epiph.

iph. Hæres. Cataphr. §. IV. p. m. 402. D. Ipsi verò CATAPHRYGES aut ONTANISTÆ jactârunt, *se quoque oportere cœlestia dona* (qualia Apostoli bebant; quæ χαρίσματα appellant) *recipere*. Ibid. §. I. p. 402. D. MESSALIA- quoque, sive EUCHITÆ, spirituales afflatus promiscuè omnibus im- trabiles esse asseruerunt: apud *Theodoretum* l. c. De ANABAPTISTA- IM Ducibus autem constat, quòd non tantùm *singulares* atque ex- iordinarios Enthusiasmos ac revelationes sibi tribuerint; verùm- am *communes* polliciti fuerint aliis à se & quibuslibet, qui attende- at hominibus, Spiritu interno ducendis, atque ex eo de fide ac reli- one instituendis: quod vel ex methodo *Münzeriana* omnibus com- endata ad percipiendas illas apparet: cujus ad §. 1. fecimus mentio- m. Idem docuit SCHWENCKFELDIUS ll. cc. Quem secutus WEIGE- US uti aliàs, ita peculiariter in scriptis *Nosce te ipsum* & *Captura aurea* am vocant (Gülden Griff) id ex professo egit, ut persuaderet, omnem omnibus notitiam Dei certam proficisci à *spiritu intùs* existente, em omnes *introvertendo in se*, invenire atque audire possint. Præ- tim poster. Libelli Cap. XXIV. *librum spiritualem* (unde omnis co- itio spiritualis petenda sit) dicit esse *in se & omnibus hominibus*. Diß uch/ ait, ist in mir und allen Menschen/ in Grossen und Kleinen/ in Jun- n und Alten/ in Gelehrten und Ungelehrten &c. p. 66. & Cap. XXV. p. 67. um ist solch Buch nicht allein in mir/ sondern in allen Menschen/ keinen ßgenommen/ denn wenn diß Buch nicht were/ so möcht kein Mensch le- n in der gantzen Welt: in quo confirmando usque ad finem libelli cupatur. Adde P. II. Postill. p. 61. & 144. Sic etiam PAULUS FEL- NHAUERUS im Geheimniß des Tempels des HErrn/ & quidem im Vor- ff c. XIX. p. 134. seqq. Im Heiligen c. XII. p. 185. Im Allerheiligsten c. VI. p. 98. iò verò & *Lutherus* scripto ad Antorffenses. T. III. Altenb. fol. 102. b. me- orat, jam tunc fanaticum quendam auditum fuisse, qui doceret, Ein jeg- her Mensch hat den Heiligen Geist.

Observatio.

Videntur Quakeri agnoscere diversos modos revelationis divi- , etiam pro diversitate temporum & status Ecclesiæ: prout *Barclajus* iesi II. scribit; revelationes Dei per spiritum, *sive externis vocibus & paritionibus, sive somniis, sive internis objectivis in corde manifestationibus* isse olim objectum formale fidei filiorum hominum, *sub diversis ad- ministrationibus exhibitum*: Certum autem est, illum pariter & socios mmuniter docere, quòd in variis illis atque omnibus revelationis

divinæ speciebus, locum habuerit interna & immediata Spiritûs Dei locutio in animis hominum, sive signa aliqua accederent, sive non: ac certitudinem cognitionis non nisi ex illa *immediatâ* simul & *objectiva* illuminatione pependisse: quod inprimis apparet ex Apol. Th. II. §. XI. pag. 22. 23.

Thesis IV.

Ex hac interna & immediata locutione Dei in intellectu humano, Philosophi etiam Gentiles (juxta Quakeros) habuerunt veram & sufficientem cognitionem Dei ac rerum Divinarum: earum quoq; quæ constat ex principiis luminis Naturæ non posse probari, quæque Mysteria vulgò vocantur.

Ita

R. Barclajus Apol. Thes. V. & VI. pag. 118. ubi docet, *plerosque ex Græcis Philosophis, damni, quod per Adamum venit, sensibiles fuisse vi interni luminis, licet externam historiam non cognoscerent: Jesum Christum etiam intùs cognovisse, quasi remedium ad liberandos* homines *à malo isto semine & pravis inclinationibus, licet non sub denominatione illa.* Conf. Ejusd. Animadv. in Exercit. Nic. Arnold. pag. 28. William Caton Append. ad Beschirmung der W. p. 67. seqq. quam inscribit: Klarer Beweiß/ daß die so genannten Heidnischen Philosophi von Christo dem eingebohrnen Worte und Sohn GOttes gewust und gezeuget haben: ubi inter alia p. 26. ex adversario suo quærit: *utrum probare possit, quenquam clariùs scripsisse de Verbo Dei, Filio Patris, de vero Baptismo Spirituali, de Regeneratione ex semine Dei, quàm*

Antithesis IV.

Philosophos Gentiles vel planè caruisse mysteriorum cognitione; vel si quid horum aliqui cognoverint, traditione aut fama aut ex commercio cum his, qui ad Ecclesiam pertinebant, didicisse, nec tamen satis sincerè apprehensum & conservatum penes eos fuisse, credunt.

Videatur

B. Joh. Musæus de Usu princip. Rat. contra Vedel. L. XIII. cap. IX. §. XIII. num. 2. p. 612. B. Hülsem. de Auxil. gratiæ pag. 90. & qui ex ipsis Gentilium scriptis multa eruditè collecta exhibet, Dn. Pfanner. System. Theol. Gentil. Purioris Cap. I. §. V. p. 13. seqq. Cap. III. §. II. p. 131. seqq. Cap. IV. §. 1. seqq. p. 146. seqq.

quàm Plato & Hermes Trismegistus? Adde Ejusdem Schall der W. Pag. 23. seqq.

Præiverunt

Non tantùm illi, qui Gentilibus Sanioribus, nominatim Philosophis, ipsum Lumen Naturæ sufficisse ad salutem, putârunt: quales PELAGIANI, PONTIFICII & CALVINIANI quidam, SOCINIANI ac REMONSTRANTES; de quibus aliàs constat: sed & FRANCISCUS PUCCIUS. Florentinus, editô *Goudæ* Libro A. 1592. *de Christi servatoris efficacitate in omnibus & singulis hominibus, quatenus homines sunt;* inprimis autem h. l. memorandi, RAYMUNDUS LULLIUS, OSWALDUS CROLLIUS & J. PETRUS FABER, in Alchymia Christiana cap. 1. seqq. GERH. DORNÆUS in Philosophia Chymica Vol. I. p. 514. qui mysteria fidei è natura demonstrare ausi fuerunt: denique etiam illi, qui in locum Luminis Naturæ substituunt immediatum Lumen Spiritûs; inter quos PAULUS FELGENHAUER, in Sendbrieff. p. 89. durch das Gewissen als ein Mitwissen des Geistes verstehe man/ was Lügen oder Warheit ist/ was Christus und Wider-Christ.

Observatio.

Nimirum, etsi dissentire videantur, quorum *alii* ex naturali Lumine; *alii* ex supernaturali, cognitionem illam Philosophis ortam fuisse statuunt; conveniunt tamen, quod utrique putant ac docent, sine verbo externo supernaturaliter revelato, & ministerio sensûs ad eorum corda delato, mysteria illis innotuisse; Quemadmodum sub appellatione Spiritûs & Luminis supernaturalis, ipsum Lumen Naturæ latere, apud Quakeros, jam pridem observatum est.

THESIS V.

IMò per hanc revelationem Dei immediatam non tantùm generalia dogmata fidei & præcepta morum; verùm ipsas conclusiones, etiam singulares immediatè manifestari hominum intellectui, credunt.

ANTITHESIS V.

Quanquam verò Nostri non negent omnes visiones aut revelationes peculiares, (v. g. monita divina de imminentibus periculis, visiones agonizantium &c.) nolunt tamen homines in singularibus quæstionibus fidei aut morum,

morum, ad certam sententiam obtinendam à revelatione interna & immediata pendere.

Sic

Barclajus Apol. Thes. III. §. III. p. 39. 40. 41. de principio cognoscendi Christianorum monet, *necessariò oportere esse ita amplum ut clarè & distinctè ducat & instruat illos in omnibus qua occurri* (legendum *occurrere*) *possunt:* nimirum quoad *circumstantias*, & *particularia ministeria*, prout statim se explicat; ideoque Scripturæ, quam non nisi *generalia* docere putat, rationem principii denegat, ac soli illuminationi immediatæ adscribit. Confer Apol. Thes. X. §. XIII. pag. 189. ubi ad priora illa provocans, concludit; *Scriptura meram verorum declarationem, nullam autem dat particularibus vocationem. -- Oportet* (igitur ut) *recurram ad internum & immediatum Spiritus testimonium.* Est autem hæc sententia communis Quakerorum, de *Unctione* illa universali, quæ omnes & singulos, in singularibus doceat omnia cognoscenda immediatè: quod infrà de *Cultu*, ex ejusmodi dictamine ductuque Spiritûs proficiscente, multorum testimoniis ostendemus.

Ita enim

In Artic. Smalcald. I. c. P. III. art. VIII. p. 332. rejicitur *Enthusiasmus*, quo homines *ab externo verbo Dei* (unde, mediante discursu, ad conclusiones singulares perducendi erant) *ad spiritualitates & proprias opiniones abducuntur.* De discrimine autem visionum ac revelationum, quæ probantur; quæque suspectæ aut rejiciendæ sunt; vid. Rev. Minist. *Lüb. Hamb.* & *Lüneb.* Schutz, Schrifft wider den Guthmann. Offenb. Patron. P. I. Cap. II. §. 49 seqq. p. 269. seqq. ubi etiam Nostrates plures citantur.

Præiverunt

Post Montanistas & Euchitas, illuminationum de singularibus non minùs, quàm principiis generalibus jactatores, Anabaptistæ, quorum famosissimus, Münzerus, *tàm familiaritèr* sibi *cum Deo colloqui licere* affirmavit, quemadmodum olim *Abrahamo, Mosi*, aut Sanctorum ulli contigit: suis quoque suasit, ut ejusmodi revelationes non tantùm audactèr, verùm etiam, si differantur, stomachabundi petant à Deo. vid. *Luth.* Tom. III. Altenb. fol. 125. 126. Paracelsistæ quoque & Fratres Roseæ Crucis, divina non minùs quàm humana,

quæli-

quælibet, quamvis abstrusissima, se in singularibus nôsse perhibuerunt. WEIGELIUS verò, *innatum lumen* & *testimonium internum* sequentibus, certam *Legis & Prophetarum*, in omni actione, observantiam pollicetur. P. II. Postill. pag. 184. 185.

Observatio.

Equidem aliàs principium cognoscendi dicitur in relatione, atque adeò in oppositione, ad principiata, seu conclusiones; quæ non continentur in principiis formaliter, sed virtualiter. Quakeris autem, & anteambulonibus sociisque, Lumen suum immediatum, utramque facit paginam, atque opera discursuum eos sublevat.

THESIS VI.

SImiliter revelationem illam & Dictamen Spiritûs immediatum, docent esse *Normam* dijudicandi doctrinam & praxin religionis veræ à falsis; ac normam quidem *primariam* atque *universalem:* Ipsum verò Spiritum intus in homine adeundum, consulendum, audiendum; esse *Judicem* certum supremum atque universalem omnium dubiorum & controversiarum fidei ac morum.

ANTITHESIS VI.

QUamvis etiam Nostrates agnoscant, Spiritum S. esse Judicem supremum doctrinæ fidei ac morum, veræ à falsa discernendæ; negant tamen Spiritum S. ferre sententiam ad tollenda dubia doctrinæ fidei ac morum destinatam, per internam & immediatam suggestionem certorum mentis conceptuum; aut tales conceptus esse normam ac regulam, ad quam revocari debeant, quæ de rebus fidei & morum in quæstionem veniunt.

Ita

Barclajus Apol. Thes. II. §. II. p. 39. *Principalis Christianorum regula sub Evangelio non est externa litera, nec lex extus scripta; sed est interna, Spiritualis lex, in corde insita,*

Hoc enim est, quod

Majores nostri l. c. ARTIC. SMALCALD. p. 332. *Satanæ* opus esse dicunt, quando homines *ab externo Verbo Dei* ad *Spiritualitates* & *proprias opiniones abducuntur:* Ubi

lex nimirum Spiritûs vitæ, verbum prope in ore & in corde. Idem docet in Catech. Cap. II. Quæst. II. seqq. p. 4. 5. der Christen Geleitsmann oder Regel muß ein inwendiges Principium oder Anfang seyn: idque exponit de *Ductu Spiritûs, unctione* &c. conf. ibid. artic. I. pag. 128. WILL. CATON Beschirm. p. 38. ad objectionem; quòd *nova Creatura* in Christo *conformare se debeat Scripturæ tanquam regulæ;* respondet: Die so widergebohrne sind/und eine neue Creatur geworden sind in Christo JEsu/ die haben den Geist GOttes für ihre Regul/ welcher die erste Regul und Richtschnur ist unter allen/ die sie haben können &c. STEFF. CRISP. in Triumph Resp. ad accusat. 8. p. 15. contendit, regulam, ad quam Spiritus omnes examinandi sint, esse Spiritum internum. Inprimis verò WILL. PENN, Scriptô peculiari, de *Universali Regula fidei & vitæ*, Deque *Judice* & *Decisore controversiarum;* quod ex Anglico in Germanicùm sermonem Amici opera translatum accepi; prolixè docet, *Verbum* quô omnia creata sunt, quod & *Lucem hominum* & *Spiritum vivificantem* appellat, sit *universalis regula cognitionis humanæ, fidei & obedientiæ erga Deum:* atque ita *Immanuelem, Deum cum hominibus, quemadmodum regula est Eorum, sic esse etiam eorum Judicem: homines in tantum liberos esse ab erroribus, in quantum se voci, lumini & Spiritui ejus in se subjiciant: non autem longiùs.* Denique THOMAS BAYLES in der Relation von der Widerkunfft und Reise eines Menschen &c. totus in eô est, ut ostendat, quomodo ipse, in varias solicitudines ac dubitationes conjectus, non invenerit certitudinem, nisi postquam in se descendens ad Spiritum intus loquentem attendisset.

perinde est, sive eò tanquam ad principium, ad petendam credendorum cognitionem; sive tanquam ad normam in definiendis controversiis abducantur. Et Serenissimi SAXONIÆ DUCES in Confutatione Errorum Schwenckfeldii p. 7. b. ex verbis *Esaiæ* VIII. *Ad legem & ad testimonium* &c. inferunt, eum *in atra nocte ignorationis & dubitationis periturum, qui vocale verbum contemserit, --- immediatè à Deo doceri volens.* Confer Rev. MINIST. *Lüb. Hamb. Lüneb.* Ausf. Bericht von den neuen Propheten / Motiv. IV. §. 283. 291. 293. 294.

Præiverunt

Enthusiastæ antiquiores, quibus similiter facile fuit, præter partes *principii* etiam *normæ* munus assignare dictamini Spiritûs interni, atque

que ita Spiritum facere Judicem internum universalem & primum. Nominatim VAL. WEIGELIUS Güld. Griff. Cap. XIIX. disquirit, *unde peti soleat judicium?* (von wannen man pflegt das Urtheil zu suchen und zu nehmen? Cumque indicasset, *alios* ex auctoritate Doctorum, *alios* ex Scripturæ litera sumere judicium; *tertiam* classem probat eorum, qui *judicium petunt* ex *fide Spiritus per internum & vivum sensum cordis.* (Schöpffen ihr Urtheil aus den Glauben des Geistes/ durch das immer lebendige befinden im Hertzen.) Quæ cùm Capp. seqq. tractasset, inter alia Cap. XXIII. p. 64. scribit: Wer diesen (den Geist) hat/ der hat das Aug zu sehen alle Gegenwürffe mit einem lieblichen Unterscheid/ der hat auch die Richtschnur abzutheilen die Lügen von der Warheit &c. Et Cap. XXIV. docet, daß man die Prüfung nicht suchen solle noch finden kan/ in den eusern Büchern der Menschen/ sondern im Geistlichen Buch des Hertzens von innen. Atque hic ille Liber est, cujus πολυσημίαν suprà indicavimus ad thesin I. Secutus est P. FELGENHAUER, im Heiligen Cap. X. p. 162. **Ist jemand/** inquiens, **der nicht weiß; Wie er dran ist/ derselbe schicke sich den HErrn zu fragen/ und nicht Menschen/** so wird er nicht betrogen/ Er lasse nicht ab/ biß Ihm der H. Geist in ihm selbst ein Antwort gebe/ wie dem alten Simeon. Conf. Cap. II. pag. 32. 33. Cap. V. pag. 125. Cap. IX. p. 142. Cap. XI. pag. 162.

Observatio.

Habent Quakeri in hâc assertione de Judice controversiarum, qui sit Spiritus immediatè docens, (quanquam suo modo etiam in his, quæ priùs dicta fuerunt) ante se vestigia PONTIFICIORUM. Nimirum *etiam Papatus simpliciter est merus Enthusiasmus, quô Papa gloriatur, omnia jura esse in scrinio sui pectoris, & quicquid ipse in Ecclesia sua sentit & jubet, id Spiritum & justum esse, etiamsi supra & contra Scripturam & vocale verbum aliquid statuat & præcipiat:* quod Nostrates monuerunt in *Artic. Smalcald.* P. III. art. VIII. p. 332. Differunt autem, quòd *illi* quidem hunc spiritum quisque sibi domesticum atque internum tribuit, sine dependentia ad subjectum aliud: *Pontificii* verò Spiritum hunc *vel* soli Papæ, vel Papæ cum Concilio aut Curia, sic tribuunt, ut cæteros omnes inde pendere debere, ac de spiritu participare posse contendant. Utrique tamen immediatum Spiritûs dictamen, licet diverso modo, agnoscunt & prædicant. Nec difficile fuit, Barclajum aliosve, Papatui aliquandiu addictos, cùm Spiritum in scrinio pectoris Papalis aut

Curiæ

Curiæ ejus habitantem, facilè suspectum habere cœpissent, & tamen in revelationibus in Scriptura contentis acquiescere dedidicissent; Spiritum in se intus quærere, & ignem erraticum pro luce amplecti, quô ducerentur; secuti, quò pes ferat.

CAPUT II.

De

SCRIPTURA SACRA.

QUAKERORUM

THESIS I.

SCripturas Sacras Propheticas & Apostolicas, negant esse Principium aut objectum formale cognitionis veræ, sufficientis ac salutaris, Dei ac rerum divinarum, quæ ad cultum ejus nostramque salutem spectant.

Ita

R. BARCLAJUS Thes. III. *de Scripturis: Non existimandæ sunt principalis origo omnis veritatis & cognitionis, quoniam solummodo sunt declaratio fontis, & non ipse fons:* idque in Apologia p. 36. seqq. prolixè tractat, videlicet, quòd *Scripturarum auctoritas & certitudo ex alio pendeat, & ratio quare recipitur ut veritas,* ad internam & immediatam locutionem Spiritûs in nobis redeat: quippe qui *solo Spiritu in omnem veritatem ducendi & omnia edocti simus.* p. 38. 39. Quibus

PROTESTANTIUM

ANTITHESIS I.

S*Acrosancta Prophetarum & Apostolorum scripta* sunt nobis principium cognoscendi verè & salutariter ea, quæ ad fidem & mores pertinent, nobisque salvandis sunt cognitu necessaria.

Hac enim ratione

August. *Confessionem ex scripturis* illis *collectam* fuisse memoratur ab ELECTORIBUS, PRINCIPIBUS cæterisque S. R. I. ORDINIBUS, qui *Form. Conc.* receperunt: in præf. L.C. p. 7. Hinc se *de doctrinâ* sua *eruditos* ac *certos esse, gratiâque Spiritûs S. mentes & conscientias suas majorem in modum confirmatas.* Et Serenissimi PRINCIPES Nostri SAXO-VINARIENSES in Confess. Fidei suæ & Statuum Provinc. A. 1549. quat. B. 2. b. scriptis iisdem hoc tribuunt, daß kein Mensch von der

paria

paria habet in Animadv. ad Exerc. Nic. Arn. de Quaker. p. 78. *Etiamsi*, ait, *Scriptura proponat animis nostris historicas veritates, principale tamen motivum, ex parte objecti, cur eisdem credamus, est internus motus, inspiratio & operatio Spiritûs in cordibus nostris; qui motus, inspiratio & operatio immediátè in nobis per Spiritum producuntur, hosque internos motus & inspirationes, quibus adducimur & inclinamur ad assentiendum Scripturis, verè per se cognoscimus, eorumque authorem Deum, etiam citra Scripturæ literam.* Denique Catech. Cap. II. p. 6. Nicht Sie/ (die Schrifft) sondern der Geist muß in alle Warheit leiten. Sic etiam ISAAC PENNINGTON Wegh des Levens p. 54. hominem fidelem describit, qui *veritatem cognoscat, non quia Scripturæ sic loquuntur, sed quia ipse rem sentiat, & super ea re fundatus sit, in eaque crescat, & res in eo, de qua Scriptura loquitur.* Verba Belgica sunt: *De gene die hier komt, ende doer ghebowet is, die kent de Warheit, niet om dat de Schriften soo seggen, maer om dat hy de de sack voelt, ende op de sack gefondert is, ende opgreit in de sack, ende de sack in hem, waer van de Schrift spreekt.*

Göttlichen Majestät Wesen oder Willen etwas gewisses und rechtschaffenes erkennen oder wissen kan/ er erkenne und lerne es denn aus der Heiligen Schrifft. Ac notum est, Nostrates communiter, qui de Scriptura S. deque Principio Theologiæ scripserunt, & contra variarum sectarum homines de his disputârunt, hoc idem urgere; Vid. BB. JOH. SCHRÖDERUS de Principio Theologiæ, JOH. GERHARDUS T. I. LL. & Exeg. B. GLASSIUS in Glaubens-Grund. J. WIGANDUS & CONR. SCHLUSSELBURG. contra Anabaptistas & Schwenckfeldistas Rev. MINIST. Lüb. Hamb. & Lüneb. Warn. vor El. Præt. Buch. p. 29. seqq. HAMB. Quäker-Greuel, Cap. III. p. 81. seqq. Quanquam autem & Nostrates dicant, Scripturæ tanquam principii credendorum ἀξίαν, dignitatem & auctoritatem, non tantùm fundari in divina ejus inspiratione; verùm etiam exerere se ad obtinendum in nobis assensum fidei divinæ, per virtutem ipsius Spiritûs Dei, Deo essentialem; negant tamen hoc fieri per aliam revelationem Dei immediatam à verbis Scripturæ distinctam, sed per ipsa Scripturæ, quæ Dei sunt, verba (concurrente Deo) certos nos reddi, Deum dicere, quod reverà dicit. Vid. B. *Mus.* Introd. in Theol. Part. II. §. III. seqq. pag. 467. seqq.

Præiverunt Quakeros

CASP. SCHWENCKFELDIUS, qui Ep. LXV. *Salutaris Dei cognitio*, scribit, *non est ex Scriptura, sed ex ipso Deo.* Et Ep. LXXXI. *Christus in V. & N. T. est manifestatus non per Scripturam, sed per Spiritum Sanctum.* Item Lib. de Verbo: *Nostra salus & fides non sunt alligata ad scripturam, ut & fides ex scriptura non habet suam originem.* Et VAL. WEIGELIUS Gülden-Griff. Cap. ult. Man kans nicht lernen aus denen Buchstaben der Schrifften. Man muß zuruck einkehren/ und den Ursprung suchen/ daraus die Schrifft geflossen ist/ nemlich vom Geist müssen wir es hören und lernen. Et Postill. Part. III. p. 10. in Ecclesias sui temporis invehitur, quæ ad Scripturas tanquam principium fidei attendere jubent: Christus hat uns eine Prophecey hinterlassen/ auff unsere Zeiten/ da man würde Schulen auffrichten/ der Jugend die Schrifft nach den Buchstaben vorlesen/ sie abhalten von der Salbung/ von innern Wort.

Observatio.

Conqueruntur Quakeri, de *calumniis, quibus afficiantur, quasi Scripturarum denegatores seu contemptores essent,* cùm tamen *appareat, quanti faciant, quas sine fuco & æquivocatione scriptorum omnium, quæ in orbe sunt, excellentissimas æstiment, quibus non solùm ullum aliud scriptum non præferendum, sed ne multis rationibus æquandum sit.* Nimirum, quod *Scripturæ* illæ *à sanctis revelationibus spiritûs Dei processerint:* ut est apud BARCL. Thes. II. ejusque Apol. p. 35. 36. conf. Animadv. in Exerc. Nic. Arn. p. 7. Is. PENNINGT. Wegh des Levens p. 15. 48. 49. ED. BOURROUGH Standaert. Cap. XIII. p. 14. WILL. CATON Ondersoeck. pag. 6. 7. Beschirm. pag. 27. WILL. AMES Besch. contra Lassen. Cap. XIX. pag. 44. G. FOXE Beschirm. p. 19. 20. Sed, qui assensum Scripturis præbendum in aliam revelationem velut rationem assentiendi à priori, & à Scripturis distinctam; videlicet revelationem illam spiritûs internam & immediatam resolvunt; (prout BARCLAJUS ipse l. c. Thes. II. scribit, Scripturas *esse solummodo declarationem fontis, non fontem ipsum* pag. 35.) utique hoc ipso de Scripturæ tanquam principii dignitate detrahunt. Ne dicam, quod etiam aliis pluribus modis Scripturæ detrahunt, dum affectiones ejus negant & impugnant de quo mox videbimus.

THESIS

THESIS II.

EAsdem negant esse aut fuisse unquam *regulam fidei & morum primariam* & universalem *seu adæquatam*.

Sic expressè

R. BARCLAJUS Thes. III. pag. 35. quod in confirmatione Apologetica pag. 38. seqq. operosè probat. Quibus respondent, quæ habet WILLIAM PENN, scripto ad præced. Cap. thes. ult. citato. sed & ISAAC PENNINGTON Wegh des Levens p. 13. docet, *fideles in quibus verbum vivum loquitur, non recurrere ad verba scripturæ olim pronunciata, ut cognoscant, an hæc verba ejus sint: Oves* enim Christi *rectiùs nosse vocem ejus, quàm hoc modo.* Verba Belgica sunt: *Sal het levendighe Word in het herz ziin, ende niet regeeren in het herte? sal hy in het herte spreeken, ende de Mann ofte Vrouw, in de welcke hy spreeckt, loopen tot de woorden van de Schrift die voormaels ghesproocken ziin, om te weten of dese syne woorden ziin, ofte niet? Neen, neen, syne Schaepen Kennen syne stemme beter dan soo.* Similiter WILLIAM SCHEWEN, Glaub und Erfahr. Sect. IV. p. 66. Die

ANTITHESIS II.

CRedimus etiam, confitemur & docemus, unicam regulam & normam, secundùm quam omnia dogmata, omnesque Doctores æstimari & judicari oporteat, nullam omninò aliam esse, quàm Prophetica & Apostolica scripta, cùm Veteris tùm Novi Testamenti.

Verba hæc sunt

FORMULÆ CONCORDIÆ sub init. p. m. 570. Conf. p. 572. §. Hoc modo. & DECLAR. SOLID. p. 628. 631. 632. unà cum cæteris scriptis ad thes. præced. 1. citatis. Add. B. GERH. Dispp. Acad. I. contra Weigel. §. 23. pag. 829. B. THEOD. THUMM. Impiet. Weigel. Error. V. §. IV. p. 9. Intelligunt autem Nostrates Regulam & Normam Controversiarum, non solùm quæ respectu aliorum & quoad λόγον τὸν ἔξω, nobis serviat; sed quæ nobis intra mentem nostram ad certitudinem inter oppositas sententias consequendam, seu quoad λόγον τὸν ἔσω, citra relationem ad aliam priorem regulam, sufficiat. Ac B. PHILIPPUS MELANCTHON Exam. Theol. P. I. Opp. fol. 321. contra Enthusiastas disserens, hoc monitum addit: *Cùm homines abducti sunt à verbo scripto, præcipuè tria ingentia mala sequuntur: I. Amissio certæ doctrinæ, Legis & Articulorum*

Schrifft ist nicht die ewige Richtschnur oder Regel/ Probierstein oder probirer der Geister. WILLIAM CATON Beschirm. p. 12. Wo haben die wahre Christen jemahlen die Schrifft genennet ihre Regul/ Gesetz/ Liecht und Grund? Es ist unmüglich für die solches zubeweisen mit klarer Schrifft. & p. 38. So du kein ander Liecht/ Regul und Richter kennest/ als die Schrifft/ so ist kein Wunder/ daß du noch bist in der Finsterniß &c. Sic etiam ein Stein den die Bauleut verworffen haben pag. 2. 3.

Fidei. II. Amissio consolationis. III. Extinctio veræ Fidei seu exercitiorum Fidei: quod deinde distinctè probat.

Præivit

C. SCHWENCKFELDIUS, statuens, *quòd nostra fides non debeat se regere juxta sacram scripturam; sed Scriptura sacra regatur secundùm fidem nostram.* Lib. de S. Script. p. 12. Et p. 36. 37. *Alia est Biblia in corde, in qua studendum, juxta quam externa sacra scriptura est dirigenda.* Eum sequens V. WEIGELIUS Güldengr. Cap. XX. p. 58. disputat, daß man das Urtheil und alle Gegenwürffe zuerkennen/ aus dem Buchstaben der Schrifft nicht nehmen könne. Et in tractatione ipsa sic infit: Wer sein Urtheil nimmt aus den Buchstaben der Schrifft/ und nicht aus dem H. Geist (loquitur de Spiritu immediatè docente) der bauet seinen Glauben auff den Sand/ und muß ungewiß bleiben in allen Stücken. Conf. præced. Cap. XVIII. ubi *tria* genera normarum; unde homines judicia in dubiis petant, refert; *primum* esse auctoritatem Doctorum; *secundum*, literam scripturæ, & *tertium*, internum vivum sensum cordis: ac prioribus duobus rejectis, postremum laudat.

Observatio.

Equidem ægrè ferunt Quakeri, si accusentur, quòd scripturam simpliciter negent esse normam fidei & morum. Vid. *Barcl.* Apol. Thes. III. §. VI. p. 47. & Rettung der Warh. p. 6. 31. 34. WILL. CATON Beschirm. p. 26. 45. WILLIAM PENN de Univ. Reg. Fid. Mox autem ll. cc. se explicant, quod cùm concedunt, Scripturam esse normam doctrinæ, intelligant normam *externam;* cujus usus sit in arcendis aut excludendis, quoad externam societatem illis, qui dogmata Scripturæ manifestò adversa afferunt: simul autem, quoad ipsam mentium certitudinem, ad acquiescendum in certa doctrina, Scripturam subjiciant Spiritui intus in se loquenti, ac de verborum scripturæ

sensu,

sensu, atque adeò decisione controversiæ certos immediatè reddendi; ita ut Scripturam normam *subordinatam* aut *secundariam* dicant. Vid. *Barcl.* Thes. II. p. 35. 45. & Rettung der W. pag. 6.

THESIS III.

SPeciatim *Insufficientia* accusant Scripturam; seu quòd non revelet totam voluntatem Dei: unde necesse sit, defectum ejus suppleri per revelationes immediatas.

ANTITHESIS III.

CRedimus etiam, scripturam continere totam voluntatem Dei, de his, quæ credenda, quæque agenda sunt; ita ut alia quidem verbis expresfis tradat; alia, quæ hominem scire necesse est, per pronam ac necessariam consequentiam cognoscenda suppeditet: atque hâc ratione Scripturam esse *sufficientem*.

Certè

WILLIAM AMES Beschirm. der Warh. contra Lassen. Cap. II. p. 2. scribit: Wofern es solte bekennt werden/ daß die Schrifft ein Instrument ist/ wodurch der Wille GOttes kan geoffenbaret werden; so solte es gleichwol eine falsche Lehre seyn/ zusagen/ daß dadurch sein gantzer Wille vollkömmlich geoffenbahret wird. R. BARCLAJUS Thes. III. docet; *Scripturas veritatis continere amplum & copiosum præcipuis* (non dicit omnibus, sed præcipuis) *Christianæ fidei doctrinis testimonium, exhibitum in præclaris quibusdam declarationibus, exhortationibus & sententiis.* p. 35. Et

Hoc est

Quod in ARTIC. SMALCALD. l. c. p. 333. extat: *In hoc nobis est constanter perseverandum, quòd Deus non velit nobiscũ aliter agere, nisi per vocale verbum.* Intelligunt autem verbum Scripturæ. Et plurima sunt Nostratium scripta, quibus sufficientiam Scripturæ sacræ adversùs Pontificios probant; quorum usus etiam in certamine cum Quakeris non minùs valet. Vid. inter alios B. *Glassii* Glaubensgrund Cap. IV. pag. 116. *Wilhelm. Nigrin.* de Papist. Scripturæ contemtu Argum. VI. p. m. 168. seqq.

quamvis in Animadv. ad Exercit. Nic. Arnold. Sect. 30. p. 19. scribat: *Cùm de præcipuis loquor, de omnibus essentialibus intelligo; ergò nulla fuit hic cavillandi occasio;* similiter in Apol. §. VI. p. 47. *testimonium amplum*

& sufficiens omnibus Christianæ Religionis essentialibus relictum esse affirmet; attamen non revocat aut mutat, quod §. III. § 39 40. disputavit. *Scripturam non posse* Christianis esse *regulam*, ideò, quod *non* sit *ita ampla*, *ut clarè & distinctè ducat*, *& instruat illos in omnibus*, *quæ occurri* (legendum, *occurrere*) *possunt*: *quum reperiantur innumera*, *quæ quoad circumstantias & aliter*, *particularium Christianorum multum interesse possunt*, *de quibus nulla præcisè regula in Scripturis inveniatur*. Summa rei huc redit: Scripturam credendorum atque agendorum *meram declarationem* dare, generalem videlicet, & quæ notitiam non nisi confusam pariat: quia autem non rarò specialium aut singularium notitia requiritur, *assumptionem semper à nobis ipsis deducendam* atque ita humano judicio concludendum esse: quò tendunt verba ipsius *Barclaji* l. c. p. 42. & consentit WILLIAM PENN. lib. cit. de Norma & Jud. Controv. qui etiam magis, quàm *Barclajus* (qui se tantùm *ad hominem argumentari* perhibet p. 42.) imperfectionem Scripturæ ex defectu librorum quorundam θεοπνεύστων urget, ex quo Scripturæ ita sint imperfectæ, ut non possint habere rationem regulæ fidei ac morum absolutè loquendo.

Præcesserunt

Ex antiquioribus *partim illi*, qui docuerunt, ipsos Scriptores sacros non scivisse omnia, quæ ad doctrinam mysteriorum, & usum Christianorum spectarent; prætexentes illud Pauli; *Ex parte cognoscimus*, *& ex parte prophetamus*. I. Cor. XIII. v. 9. quemadmodum MONTANUM & eum secutos CATAPHRYGAS tradidisse, ex *Augustino* de Hæres. Cap. XXVI. p. m. 146. constat: *partim* isti, qui *eâdem agitati dementiâ*, quod cum prioribus dixerant, *non omnia Apostolos scisse*; *rursus convertunt*, *omnia quidem Apostolos scisse*, *sed non omnia omnibus tradidisse*; quod de *Gnosticis* refert *Tertullianus*, de Præscript. adversus Hæres. cap. VI. p. m. 115. edit. B. *Rhenani*, Basil. A. 1539. ex propinquioribus ANABAPTISTÆ, ideò ad Enthusiasmos proclives, quòd ex Scriptura se satis doceri non posse putarent. Sic enim *Münzerum* cum suis dixisse novimus; Es sey nichts mit der Schrifft/ man müsse GOttes Stimme selber hören. Vid. *Luth.* Epist. ad Elect. & Ducem Saxoniæ, Fratres, Tom. II. Opp. Altenb. fol. 791. a. Secutus est VALENTINUS WEIGELIUS, qui in præfat. Dialogi de vero Christianismo, p. 8. tanquam erroneum rejicit, quod Nostrates docuerant, man soll ihme begnügen lassen/ an den gepredigten

predigten Wort von der Cantzel und an den Schrifften über die Bibliä man dürffe nicht in Himmel fladdern/ auf die Erleuchtung warten/ wie die himmlische Propheten gethan haben und die Widertäuffer. Statuit videlicet, homines non debere esse contentos Scripturâ, sed pleniorem cognitionem ab illuminationibus peculiaribus expectare.

Observatio.

Habent & hîc Quakeri occasionem erroris à Pontificiis sibi datam; quatenùs & illi docuerunt, *Scripturas* esse *religionis normam nec solam, neque unicam.* Vid. Sess. VII. Colloq. Ratisb. p. m. 161. edit. Laving. & *Bellarminus* L. IV. de Verbo Dei non scripto, cap. ult. §. *Dico secundo* p. m. 316. scripruram dicit regulam fidei esse *non talem*, sed *partialem*. Dicunt equidem hoc intuitu *traditionum*, quas vocant; id est Ecclesiæ definitionum de his, de quibus Scripturæ nihil definierint; unde defectus Scripturæ suppleatur. Sed & hîc opus fuit ad Spiritum in scrinio pectoris Papæ aut Concilii commorantem & revelantem confugere. Et Quakeris, suppeditatô sibi exemplo, Scripturam imperfectionis accusandi; facilè fuit, deprehenso fallaci Spiritu in corde Pontificis & Curiæ, supplementum defectûs scripturæ, de quo semel persuasi erant, ex immediata revelatione Spiritûs unumquemque illuminantis, quærere & expectare. Certè iisdem armis, sive argumentis, *Barclajus* & *W. Penn* h. l. utuntur ad probandam Scripturæ imperfectionem, quibus jam pridem usi fuerunt Pontificii: quod conspectus ipse, aut collatio ostendit.

Thesis IV.

DOcent etiam, Scripturas ita ambiguas, obscuras intellectu ac difficiles esse, ut inter varios & oppositos sensus non possit certa sententia inveniri, nisi Spiritus seorsim & peculiari illuminatione de genuino verborum sensu docuerit.

Antithesis IV.

CRedimus porrò, Scripturas ita esse claras ac perspicuas, us vera mens & sententia Dei loquentis, de his, quæ nobis ad fidem & mores sunt necessaria, in certis locis ex instituto tractata, per ipsam verborum claritatem apprehendi, & sine peculiari aut seorsim factâ illuminatione,

ne, per ipsam potiùs doctrinam, exerente se Spiritûs S. virtute, tanquam Spiritûs Sancti mentem posse cognosci.

Pertinet huc

Quòd WILLIAM PENN. de Universali Regula Fidei & vitæ, Argum. III. disputat; vel ideò Scripturam non esse habendam pro regula fidei, quòd ipsa *nunc propriè, nunc metaphoricè; jam secundùm literam, mox sensu mystico accipienda* sit; *sæpissimè aliqua per collationem locorum cohærentium, probari debeant: ubi omninò difficile sit consentire, neq; sensum torquere: - ac potiùs clariùs pateat, quàm ut dicto opus sit, Scripturam nemini nisi spirituali homini* (ei, qui immediatè per spiritum illuminatur) *perspicuam esse* &c. *Regulam* verò *oportere esse claram, propriam, intelligibilem*. Eademque ratione WILLIAM AMES Beschirm. Cap. XII. p. 27. demonstrare nititur, *Neminem posse Scripturam intelligere, nisi in quantum ipse per Spiritum* (immediatè) *sit illuminatus*.

Sic

Prophetica & Apostolica scripta V. & N. Testamenti, ut limpidissimos i.e. clarè fluentes *Israëlis fontes, toto pectore se recipere & amplecti*, profitentur Nostrates in Sol. Declar. F. C. p. 632. num. 1. Aliàs autem perspicuitatem Scripturæ Doctores nostri contra Pontificios satis superque propugnârunt: quorum scripta suo locó nominavimus. Videri interim potest B. *Glassii* Glaubens-Grund Cap. III. pag. 73. seqq. *Wilh. Nigrini* de Papist. Script. contemtu Arg. V. p. 144. seqq.

Præiverunt

SCHWENCKFELDIUS, qui lib. de Script. fol. 12. *Scriptura* ait, *est incerta inconstans doctrina, quæ huc atque illuc flecti potest. Fides ex auditu ejus non est.* WEIGELIUS Güldengr. Cap. XX. pag. 58. *ambidextram* esse dicit: Die Schrifft/ ait, ohne Geist (Spiritum immediatè illuminantem denotat,) gelesen/ ist eine Beidenhänderin/ es kan sie ein jeder brauchen und führen/ wie er will/ &c. Et præced. Cap. XIIX. p. 55. de litera Scripturæ scribit: Er (der Buchstabe) ist ein Beydenhänder und ein jeder kan ihn brauchen/ vor sich/ wie Er will. Similiter P. II. Postill. p. 185. Die Schrifft ist in beyde Feuste/ man kan sie zu beyden Seiten brauchen/ es sey einer so unrecht als er wolle/ dennoch kan er die Schrifft führen gegen seinen Widerpart.

Observa-

Observatio.

Addere iterum possumus Pontificios, Quakerorum magistros; quando & illis Scriptura est *Regula Lesbia* aut *plumbea*, *Gladius Delphicus*, *Nasus cereus*, *folia Sibyllæ* &c. qualia observata & collecta exhibent B. *Dietericus* Instit. Catech. de Script. S. Notis ad quæst. I. p. m. 5. & 6. & *Wilh. Nigrinus* Lib. de Papistico Scripturæ contemtu Arg. V. p. 149. seqq. Argumenta quoque perspicuitati Scripturæ opponenda *Will. Penn* & *Amesius* ex Pontificiorum armamentario manifestè sunt mutuati.

Thesis V.

IPsum quoque Codicem Scripturæ S., prout nostris usibus servit, quoad librorum numerum, & Apographorum cum autographis conformitatem, puncta vocalia (V. T.), notas marginales & varias lectiones &c. valdè incertæ auctoritatis esse perhibent.

Antithesis V.

DE Canone autem & integritate seu puritate Librorum Scripturæ in utroque textu Scripturæ V. & N. T. persuasi sunt Nostri, non esse tanti momenti controversias, quæ moventur, ut ideò Scripturam ipsam in esse principii ac normæ doctrinæ fidei & morum suspectam facere debeant aut incertam.

Videatur

BARCLAJUS Apol. Thes. II. §. IX. p. 31. & §. IV. p. 43. 44. Illîc enim disputat, *non posse probari Scripturâ Canonem Scripturæ, videlicet, quod sint præcisè tot libri, nec plures, nec pauciores: potiùs libros quosdam temporis injuriâ fuisse perditos, ex quibus aliquos fortasse Deo placuerit ad manus nostras adducere.* &c. Hîc autem memorat, *fidem omnium illorum, qui immediato legendi* Scripturam in lingua originali *benefi-*

Scilicet

Non negant Nostri aut nesciunt quæstiones multas & intricatas, quæ doctorum ingenia hactenus exercuerunt, aut exercent. Credunt tamen, ex libris indubitatò Canonicis atque hodie superstitibus, simul incorruptis, (ita ut nullus error noxius in omnia textus originarii exemplaria irrepserit;) tantum posse peti, quod ad quælibet fidei ac morum capita, totumque adeò Dei cultum, scire

ubi non fruuntur ex interpretum honestate pendere oportere; quæ valdè *incertum* fit *fidei fundamentum* &c. Eorum verò *fidem, qui in ipsis originalibus linguis edocti sunt, saltem obliquè pendere ex honestate transscriptorum.* &c. Præterea *varias Lectiones Hebræi characteris ratione punctorum; --- discordiam aliquorum testimoniorum, quæ citavit Christus & Apostoli, cum iis locis in V.T. ad quæ referuntur, --- controversiam de interpretatione Græca septuaginta, -- varias Lectiones Codicum Græcorum, -- controversias de libris admittendis vel rejiciendis* &c. etiam *Doctorum animos infinitis dubitationibus, hæsitationibus, & inextricabilibus difficultatibus agitare.* Confer. Will. Penn scripto sæpe citato de Univers. Reg. Fid. & Vitæ, argum. VII. B. F. (quem ferunt esse virum non parvi apud Quakeros nominis, Benjaminem Furly) in præf. lib. cit. Wilh. Ames Beschirm. contra Lassen. quatern. 2. pag. 1. b.

necesse est. Sic in *Sol. Decl.* F. Com. l. c. p. 632. *fontes limpidissimi* simul & *purissimi* laudantur, ad quos *receptos omnia dogmata exigere & secundùm eos de omnibus tum doctrinis tum Doctoribus judicare oporteat.* Plura videri possunt apud *W. Nigrinum* l. c. arg. III. & IX. pag. 235. seqq. *Glassium* de Puritate Fontis Ebr. & Græci Lib. I. Philol. S. Tract. I. & II. aliosque coætaneos & recentiores, qui contra Pontificios scripserunt.

Præcesserunt

Muhammedani, Scripturarum veterum, Propheticarum & Apostolicarum divinam originem admittentes; sed corruptionem codicum, & incertitudinem librorum, quales inter Christianos habentur, audacter objicientes. Vid. J. *Hoornbeck* Summa Controv. Lib. III. p. m. 97. seqq. ed. secundæ. Secuti sunt Pontificii, qui non tantùm Canonem Librorum V. T. quem à Judæis Christiani primi acceperant, in dubium vocare, (aliosque libros accensere;) verùm etiam utriusque Testamenti textum authenticum corruptionis accusare; & præterea multis modis incertam, dubiam, aut suspectam reddere Scripturam sunt ausi. Vidd. quæ ex XIV. scriptoribus collegit *Wilh. Nigrinus* de Pap. Scr. cont. Argum. IX. p. 272. seqq. addatur *Richardi Simonis* Historia Critica. V. & N. T.

Observatio.

Differunt recentiores Enthusiastæ, qui Quakeri dicuntur, in hoc puncto ab antiquioribus, qui magis aperte, contemnentes Scripturam,

sed

ſed minùs eruditi, neque Criticam illam Pontificiam aut ſimilem callentes, eô modô illam non laceſſiverunt. Sed hodierni, Pontificiorum Scholis ſcriptisque edocti, iſta quoque conquirunt ad deprimendam Scripturam; non quidem ut Pontificem, ejusque Curiam aut Concilia; ſed ut Spiritum cuique internum extollant, & in hujus dictamine acquieſcentes, Scripturam ei ſubjicere doceant.

Thesis VI.

Inprimis vim Supernaturalem ac Spiritualem, illuminandi regenerandi & convertendi, denegant Scripturæ, tanquam verbo externo, ſive legatur ſive audiatur: atque hanc virtutem ita adſcribunt Spiritui S. ut quamvis doctrinâ Scripturæ in uſu conſtitutâ ſe exerat; tamen non tàm per illam, ſed ſeorſim, actione peculiari & immediatâ, eam in hominibus operari contendant.

Antithesis VI.

Præter priores affectiones etiam *Efficaciam* Scripturæ S. aſſignant Noſtrates, ſeu vim & potentiam ſupernaturalem activam, ad hominum mentes convertendas, regenerandas & renovandas, ipſi à Deo collatam; ita ut effectus hi ſupernaturales à Deo & verbo Scripturæ ſimul & junctim, unô indiviſô influxu, efficienter producantur, quamvis modo diverſo: nimirum à Deo ut cauſa principali, à verbo ſcripturæ autem, ut à cauſa minùs principali vel inſtrumentali.

Ita enim,

R. Barclajus Apol. Theſ. III. §. 1. p. 36. de Scripturis ſcribit: *Authoritatem earum non opinamur pendere ex aliquâ vi ſeu virtute iis ſcriptis inſitâ, ſed omnem adſcribimus Spiritui illi, à quo provenerunt.* Et §. II. p. 39. *Litera Scripturæ externa eſt, ex ſe mortua, mera declaratio bonorum, ſed non ipſa bona.* Denique de converſione & ſtudio

Hac ratione

Artic. Smalcald. P. III. art. VIII. pag. 331. legimus: *In his, quæ vocale & externum Verbum concernunt, conſtanter tenendum eſt, Deum nemini Spiritum vel gratiam ſuam largiri, niſi per Verbum, & cum verbo externo & præcedente, ut ita præmuniamus nos adversùm Enthuſiaſtas*, &c. Intelligunt autem verbum *Scripturæ*; quod in ſeqq. expreſſè

Berrhoënsium, §. VIII. p. 49. *Scriptura*, aït, *ad convertendum non valuissent, nisi NB. prius verbum Dei permanens in se habuissent, quô intellectus aperti sunt & illuminati.* Et jam ante eum ISAAC PENNINGTON Wegh des Lev. pag. 28. *partem literalem Scripturæ esse mortuam nec posse dare vitam*, dixit. WILLIAM AMES Beschirm. Cap. II. pag. 3. Auswendige Worte können nicht wiedergebären / sondern der ewige Geist Gottes / wovon die Schrifft zeuget. Plura ibid. & pag. seq. habentur. Similiter Cap. VI. p. 12. disputat: Wofern der Geist GOttes in der Schrifft ist / denn muß der jenige / der die Schrifft hat / den Geist Gottes auch haben / und den Seligmacher und das ewige Leben selber &c: Denique GEORGE FOX in Beschirm. der Warh. pag. 1. hanc Ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis (in Quaker-Greuel pag. 77.) thesin primam impugnandam aggreditur: Die Schrifft (und äuserliche Predigt) hat die Krafft zuerleuchten zu wiederbähren / geistlich zu nähren / selig zu machen: atque ita infit: Haben die Prediger zu Hamburg Christum nicht verleugnet / welcher die Krafft hat / alle Menschen zuerleuchten? &c. idque l. c. prolixè persequitur.

nominant. Conf. Aug. Conf. art. V. ubi *per verbum, tanquam per instrumentum, donari Spiritum Sanctum*, docetur: & FORM. CONC. art. II. de Lib. Arb. p. 580. 581. & Declar. sol. pag. 655. 669. 670. 676. 678. & Commentatores in utrumque librum Symbol. Add. *Confess. Theol.* MANSFELD. de sectis illorum temporum, Sect. VI. de Stencofeltianis, Confut. Error. III. p. 84. seqq. & apud SCHLÜSSELB. Catal. Hæreticor. Lib. X. p. 91. seqq. qui & ipse Schwenckfeldium refutat p. 279. seqq. THEOD. THUMM. Imp. Weigel. Exam. error. VI. p. 70. seqq. Theol. HAMBURG. Quaker-Greuel. Cap. III. n. 2. seqq. pag. 77. seqq. In explicanda quoque & probanda sententia Nostratium orthodoxa præclaram posuit operam B. JOH. MUSÆUS Introd. In Theol. P. II. Cap. VIII. p. 558. seqq. Contra Enthusiastas autem & κατ' ἄνθρωπον, quod ajunt, notanda sunt verba Artic. Smalc. l. c. p. 332. *Hodiè nostri Enthusiastæ externum verbum damnant, & tamen ipsi non silent, sed mundum garrulitatibus & scriptionibus implent: quasi verò Spiritus per scripta & vocale verbum Apostolorum venire nequeat, sed per ipsorum verba & scripta primùm veniat. Cur non ipsi etiam omittunt suas conciones & scriptiones, donec Spiritus ipse ad homines sine ipsorum Scriptis & ante ea veniat, quemadmodum gloriantur, Spiritum se accepisse sine prædicatione Scripturarum?*

Præive-

Magno agmine Enthusiastæ, quorum vel præcipuus labor fuit vim illam divinam denegare Sacris Scripturis, doctrinæque illius sive lectæ sive prædicatæ, & Spiritui seorsim operanti adscribere. Jam suo tempore *Lutherus* invectus est in turbones illos, die da lehren das euserliche Wort verachten/ und geben für/ der Geist muß es alles allein thun/ euserlich Ding/ Zeichen und mündliche Predigt sey nichts nütze zum Glauben im Hertzen/ der innerliche Mensch müsse ein innerlich Wort haben &c. Explic. verb. Christi Joh. XVII. v. 20. Tom. VI. Opp. Altenb. fol. 252. b. Tangit autem STORCHIUM, MÜNZERUM & consortes. Quibus mox successit C. SCHWENCKFELDIUS, qui Scripturam vocavit *inefficacem literam.* præfat. de Evang. *Spiritum Sanctum* docuit *non venire ex Scriptura, sed oportere Spiritum Sanctum NB. prius adesse, si Scriptura debeat aperiri aut intelligi.* Lib. de verbo. *Sacram Scripturam duntaxat esse vocem humanam, sonum, literam mortuam.* Lib. de Script. Post hunc VAL. WEIGELIUS in Güldengriff. Cap. XIII. p. 39. cavillatur Nostros (quos appellat die falschen literalischen Theologen) qui dicant, der Buchstabe sey ein Wagen/darauff GOttes Wort hinein ins Hertz fahre und geführet werde. Cap. XX. p. 59. Die Schrifft ist eine euserlicher Spiegel/ sie zeiget dir/ wie du seyest/ schön oder greulich/ kranck oder gesund/ Sie macht dich aber nicht also/ kan dir auch deine Kranckheit und Schmertz weder stillen noch heilen/ sie weiset dich zu ihrem HErrn und Meister Christo/ demselben Artzt/ der allein heilen und die Krancken gesund machen kan: Darum kanstu den Glauben und das Urtheil nicht aus den Buchstaben der Schrifft nehmen/ sondern vom Worte und Geist mustu ihn suchen oder gewarten. Paria habet P. II. Postill. p. 159. 223. 224. 238. P. III. p. 84. 85. & Dial. de vero Christianis. p. 88. qualia etiam B. *Gerhardus* Dispp. Acad. I. contra Weigel. §. 19. & 24. p. 826. 830. & B. *Thummius* Imp. Weigel. Error. VI. p. 10. 11. observarunt. ÆGID. GUTHMANNI flosculos in der Offenbahrung Göttl. Majest. collegerunt Theologi *Lübec. Hamb.* & *Lüneb.* in der Lehr- und Schutz-Schrifft. Cap. III. puncto 7. §. 57. pag. 501. 502. ex quibus eminet, qui P. II. scripti Guthmanniani Cap. XXXII. p. 227. habetur. Das Sehen geschicht am ersten durch den Liecht-Glantz/ und NB. alsdann muß die Kunst aus dem Wort Gottes erfolgen. FELGENHAUERI, STIFELII & similia dicteria antiquiores earundem Ecclesiarum Doctores exhibent in Ausführl.

Bericht von den neuen Propheten Motiv. III. §. 165. pag. 89. Stifelii loca etiam videri possunt in Append. Consil. Dedek. pag. 42.

Observatio.

Fingunt aliquando Quakeri, uti priores Enthusiastæ, quod cum de efficacia Scripturæ S. quæritur, controversia sit de apicibus in membrana aut charta exaratis: sive ut *B. F.* (quem BENJAMINEM FURLY Roterodamensem esse ferunt) in Præf. Scripti *Will. Ames.* contra Lassen. **** ij. b. Daß die Buchstaben und die Sylben und das Geschriebene/ so eigentlich Schrifft (Scriptura) ist/ welches die Bibel wird genannt/ nicht sey das Wort GOttes/ welches lebendig und kräfftig ist/ und bleibet in der Ewigkeit. Sed tamen certum est, denegari ab illis Scripturæ vim divinam, etiam, quatenus sensui seu doctrinæ, (quæ in verbis Scripturæ, tanquam signis continetur, ac mentibus humanis percipitur,) conjuncta est, & per eam se exerit. Dividunt potiùs omninò operationem Spiritûs illuminatricem & regeneratricem, à tota operatione Scripturæ; quaquà patet. Neque tàm ignari esse debebant, fortasse ne poterant quidem, tot monitorum, quibus Nostrates statum quæstionis genuinum inde ab initio moti certaminis inculcârunt.

THESIS VII.

SEd Quakeri deniq; eò abeunt, ut Scripturam negent esse Verbum Dei propriè loquendo.

Ecce copiam hominum!

R. BARCLAJUS Animadv. ad Exerc. Nic. Arn. de Quak. p. 10. expressè scribit: *Quodsi quis contendat, Scripturam posse figuratè, scilicet per metonymiam aut per metaphoram dici Verbum, non tamen inde sequitur, esse aut debere eam dici Verbum Dei propriè, & simpliciter loquendo.* Jam pridem videlicet Quakeri im Stein

ANTITHESIS VII.

ATque ita agnoscunt & constanter profitentur Nostri, Scripturam propriè loquendo esse Verbum Dei.

Prout

In præfatione totius LIBRI CONC. passim apparet, idem esse Nostratibus, *Verbum Dei*, & *Prophetarum atque Apostolorum scripta*. Add. EPIT. FORM. CONC. sub init. p. 570. & Sol. Decl. p. 632. Vulgò etiam Scripturam definituri, dicunt, esse *Verbum Dei*. Ac pro assertione αὐταρκείας contra Enthusiastas den

den die Bauleut verworffen haben. p. 2. 3. Christus ist das Wort/ die Schrifft aber nicht. Item im Weg zum Königreich p. 4. Ihr stellet den Buchstaben an statt des Worts. adde p. 5. Rursus in den Gründen und Ursachen/ warum sie die Lehrer der Welt verleugnen p. 2. die Lehrer sagen/ der Buchstabe ist das Wort/ da doch der Buchstabe saget/ GOtt ist das Wort. WILL. AMES Beschirm. Cap. V. pag. 9. cùm Dn. *Lassenius* dixisset, *verbum Dei scriptum esse verum & propriè dictum Dei verbum*; hoc reponit: Was ein Gewühl macht die krumme Schlange/ umb Christum auszuwerffen/ in welchen die Krafft ist/ Ihn zuzerbrechen/ und die Schrifft an seine Stelle aufzusetzen. &c. Confer. ED. BOURRUGH Standaert Cap. XIII. pag. 14. & Verklaering des Gelofs pag. 4. STEFF. CRISP. Triumph der Warh. p. 15. WILLIAM SCHEWEN Glaub und Erfahr. Sect. IV. p. 65. ubi ait: Der Nahm-Christ gibt Ihr (der Schrifft) mehr Ehren-Titul als Ihr behöret/ als wann Er sie nennet das Wort GOttes &c. In solcher seiner Unwissenheit gehet Er also viel weiter/ ihr Mund-Ehre zu geben/ als sie von sich selbsten zeuget/ und mehrers als sie ist: Denn sie ist nicht das Wort GOttes/ sondern sie kommt von demselben her/ und giebet demselben Zeugnis &c. Accedunt J. N. (sive sit famosus ille *James Naylor*, sive quisquis alius) in scripto, Liefde tot de Verloorene pag. 12. & WILL. CATON Beschirm. pag. 10. & Schall der Warh. pag. 16. Distinguentes inter *Literam* & *Verbum Dei* (dem Wort GOttes und den Buchstaben.) Aliàs concedunt, esse *verba Dei*, quæ is elocutus est, aut verba à Deo profecta: sed pergunt negare, quòd sint ac rectè dicantur *verbum Dei*. Vid. WILL. AMES Beschirm. contra Lassen. Cap. III. pag. 6. Cap. VII. pag. 13. 14. Cap. IX. pag. 22. addatur B. F. præfatio ** iij. b. iiij. a.

scripserunt, MANSFELDENSES l. c. & SCHLÜSSELBURGIUS ipse p. 257. Add. HAMBURGENSES in Quäker-Greuel l. c. p. 60. seqq. Credunt autem nostri, quemadmodum nunc *Scripturas sacras* in plurali, pro multitudine librorum; nunc in singulari *Scripturam Sacram* rectè dicimus; (nam & ἡ γραφὴ legitur *Job.* II, 22. VII, 42. & αἱ γραφαὶ *Matth.* XXI, 42. XXII, 29. uti αἱ γραφαὶ ἅγιαι. *Rom.* I, 2. & τὰ ἱερὰ γράμματα II. *Tim.* III, 15.) Sic perinde esse, sive *verba Dei* dicas, sive *verbum Dei*. Est enim complexus plurium verborum.

Præiverunt

Et omninò ista docuerunt Enthusiastæ priores. De SCHWENCKFELDIO

FELDIO jam olim *Serenissimi Saxoniæ Principes* in Confut. præcipuorum Errorum Sect. II. p. 5. *Primus Stenckfeldii error est, quod negat, doctrinam, Biblico Volumine comprehensam propriè loquendo esse Verbum Dei: sed impropriè ac figuratè per μετωνυμίαν, quando videlicet signum accipitur pro re signata: sicut testatur ejus libellus, tituli de sacris literis, capite de discrimine inter Sacram Scripturam, & Verbum Dei, pag. 27. & 28. Item Libellus de Verbo Dei, &c.* Plura ex scriptis illius excerpta vid. apud B. *Conr. Schlüsselburg.* in Catal. Error. Lib. X. p. 202. seqq. & pag. 249. seqq. ubi similiter nomen Verbi Dei, Filio Dei, Christo, sic appropriat, ut hoc ipso Scripturis denegare illud manifestè appareat. Quibus conformia sunt WEIGELII varia, quibus inter *Verbum Dei* & *Literam Scripturæ* distinguit: v. g. Güldengriff Cap. XX. p. 59. Du kanst den Glauben und das Urtheil nicht aus dem Buchstaben der Schrifft nehmen/ sondern vom Worte und Geist mustu ihn suchen oder gewarten. Conf. ejusd. Cap. XXV. XXVI. pag. 67. seqq. Ubi manifestè opponuntur *Scriptura* & *Verbum Dei.* Et quæ STIFELIUS ejusque socii effutiverunt: Das Wort GOttes sey nicht kommen in Dinten und Papier/ sondern ins Fleisch. Die Schrifft sey nicht das lebendige Wort GOttes/ dann sie könne nicht reden/ sondern sie sey ein Zeugnis von Christo. Vidd. Consil. Dedek. Append. pag. 42. b.

Observatio.

Non negatur à Nostratibus, Filium Dei stylô Scripturæ appellari verbum Dei: neque quæ ei sunt propria, auferunt, &, cum detrimento honoris ejus, Scripturæ tribuunt. Sed quæstio est, annon, præter Filium Dei, qui est Verbum Dei *substantiale*, aut *personale*; etiam doctrina divina, uti aliquando voce sonorâ, sic scriptis Propheticis & Apostolicis proposita, rectè & juxta ipsius Dei voluntatem revelatam, appelletur verbum Dei, præsertim in ordine ad operationes supernaturales, verbo Dei in ipsis Scripturis adscribi solitas? quarum ad thes. præced. facta est mentio. Dicuntur aliàs verbum *vocale*, quod vocibus ex instituto significantibus constat. Et sunt verbum illud substantiale, & verbum vocale, *subordinata*, quia hoc illi subjicitur; illud per hoc in hominibus sese exerit & efficax est: non autem *opposita* sunt, quorum, unô assertô aliud tollatur aut negari debeat.

CAPUT

CAPUT III.

De

PÆDIA ET ADMINICULIS THEOLOGICIS.

QUAKERORUM

THESIS I.

Cùm in cognitione DEI non tàm per discursus mentis, ex Scriptura S. tanquam principio, ad inferendas conclusiones; sed per immediatas illuminationes, duci se putent aut fingant Quakeri; fit, ut in interpretanda Scriptura Sacra non patiantur se ad leges seu regulas, quas recta ratio generales, & Scriptura ipsa speciales tradit, adstringi; sed Spiritu suo, quo immediatè de vero verborum sensu doceantur, unicè niti malint.

PROTESTANTIUM

ANTITHESIS I.

Qui Scripturam Sacram pro principio & norma cognitionis sacræ & salutaris habemus, ad sensum ejus assequendum observandas esse credimus regulas bonæ interpretationis, tùm generales, quæ in qualibet verborum interpretatione locum habent; tùm quas ipsa Scriptura, tanquam Dei sermo, peculiariter tradit aut postulat. Negamus autem, absque observatione certarum regularum, perque immediatum Spiritûs S. dictamen, homines de vero verborum sensu certos reddi solere.

Ita

ISAAC PENNINGTON Wegh des Lev. p. 15. religionis quodam prætextu abstinere se perhibet ab omni regula interpretandi, quæ à Spiritu immediatè ducente & docente differat. *De Heere bewaer my van eenen Regel van de selve te leesen in myn eige wil, ofte eenig deel van haer uitleggen nae myn eige ver-*

Sic

Jam olim B. LUTHERUS ipse docuit; *Verbis divinis non esse ullam faciendam vim, neque per hominem, neque per angelum, sed quantum fieri potest, in simplicissima significatione servanda esse, & nisi manifesta circumstantia cogat, extra Grammaticam & propriam significationem accipienda non esse.* Lib. de Captiv. Bab.

stand; maer alleenlyck gelyck ick bestiert, geleidt ende verlicht worde door hem (loquitur de vivo Dei Spiritu, *van den levendigen Geest Gods,*) *in den wille ende het verstand dat van hem komt.* Quasi videlicet omnes regulæ interpretandi Scripturam à jactato illo & fallaci dictamine immediato Spiritûs differentes, arbitrio voluntatis humanæ debeantur. Confer pag. 48. ubi per Quakeros Scripturam ab abusu inveterato liberatam, & genuinum ejus tractandæ atque interpretandæ rationem assertam esse gloriatur. Pertinet huc etiam, quod BARCLAJUS Apol. Thes. X. p. 198. scribit: *Vir rusticus, qui ne vel elementum norit, quando Scripturam lectam accedit, eodem Spiritu hoc esse verum dicere potest, & eodem Spiritu intelligere; &, si necesse sit, interpretari potest.* Ac provocat in hoc asserto ad *experientiam* & peculiare exemplum *calcearii* cujusdam, *qui ne literam quidem cognoverit*, & tamen *Professorem publicum Theologiæ falsæ citationis scripturæ* convicerit. Nimirum non respicit ille *analogiam fidei* (quam vocamus) cujus vi etiam simpliciores aliquando cognoscere possunt, non posse hunc esse verum sensum locorum Scripturæ, quem adversarii contra fidei dogmata aperta proferunt: sed immediate docens Spiritus Barclajo Doctor & Judex & Interpres & omnia est. Atque aliàs ipsi novimus, quomodo partibus illorum addictus aliquis, objecto sibi loco Scripturæ, cùm verba juxta usum loquendi & vim contextûs obstare errori recepto doceretur, neque haberet, quod exciperet; professus fuerit, *cor sibi incalescere*, seque ita certum reddi, de suæ interpretationis veritate.

T. II. Jen. Lat. fol. m. 277. a. edit. A. 1557. Et porrò in Assert. Artic. per Bull. Leonis X. damnatorum sub init. fol. 309. a. *Scripturas non nisi eo Spiritu intelligendas esse, quô scriptæ sunt; qui Spiritus nunquam præsentius & vivacius, quàm in ipsis sacris suis, quas scripsit, literis inveniri potest.* Conf. B. *Mus.* præf. Tract. de Convers. p. 38. seqq. & Vindic. Bibl. Gloss. Dissert. II. §. IIX. seqq. pag. 86. seqq. ubi sententia ista uberiùs explicatur & confirmatur. Quomodo autem illuminatio Spiritûs S. & ad hanc obtinendam preces sint necessariæ; attamen simul certæ regulæ interpretationis observari debeant, præclarè docet B. GERHARDUS Tract. de Interpr. Script. S. §. 46 seqq. p. 19. seqq. Add. B. GLASSII Glaubens-Grund Cap. VIII. quod est de ratione & modo Scripturas Sacras interpretandi & intelligendi p. 265. seqq.

Præces-

Iterum veteres Enthusiastæ, quibus Nostrates Orthodoxi tantò magis exosi fuerunt, quò magis Scripturæ explicationem juxta regulas hermeneuticas fieri debere inculcârunt. De SCHWENCKFELDIO speciatim observetur, quod B. *Lutherus* memorat *Serm.* brevi de Sacram. Euch. Tom. VIII. Opp. Altenb. fol. 348. a. eum pro *regula interpretandi Scripturam* habuisse hanc sententiam; *ubi clara verba Dei nostro sensui obstant, alium quærendum esse, qui placeat; & quasi Spiritu Sancto dictante, verba collocanda atque explicanda esse, prout videtur.* Dixerat enim Schwenckfeldius de verbis *Hoc est corpus meum:* Man muß diese Wort aus den Augen thun/ denn sie hindern den geistlichen Verstand. l. c. WEIGELIUS passim invehitur in eos, qui interpretationem literalem, juxta leges usumque loquendi admittendum urgent: vocat eos die Buchstäbischen Prediger/ oder Theologen/ die Schrifft-Gelehrten &c. Inter alia in Epist. ad Amicum Magdeb. (citante B. *Thummio* Imp. Weigel. Error. XIII. p. 51. ex B. *Schellhammero* p. 229.) scribit: Euch Buchstäbler in der Mauer-Kirchen / ist nicht gegeben die Ding zu deuten/ dann ihr seyd falsche Propheten/ &c. & posteà: Darum statuir, glaub/ weiß und beschließ bey mir selbsten/ daß keiner aus ihnen hat das donum intelligendi & interpretandi intellectum sacrarum literarum; &c. In libro Güldengriff Cap. XXII. p. 63. invocat Lumen in se habitans, ut prodeat, & intellectum aperiat; addens: So werden wir nicht mit dem Antichristo, aus dem Buchstaben/ als aus dem Objecto das Urtheil vergebens suchen/ sondern in deinem Liecht das Liecht sehen &c. Plura B. *Thummius* l. c. & B. *Gerh.* l. 6. §. 25. 26. pag. 830. seqq. suppeditabunt. Hinc autem & cæteri, præsertim FELGENHAUERUS, eos qui literali sensui inhærent, taxat & convitiatur, als animalische/menschliche Kosten/ die fleischliche Sinne haben / die Buchstabische Lehr in Artickeln Büchern und Schulen führen/ den Kern aus der Schrifft wegnehmen. Vorhoff Cap. V. pag. 83. Spiegel der Weißheit/ Cap. II. p. 63. Denique CHRIST. HOHBURG sub *Eliæ Prætorii* nomine latens, in lib. von Mißbrauchen des Predig-Amts/ Nostrates ideò reprehendit, quia literæ insistunt; Die Prediger suchen nur den Buchstaben / weisen aus Historien und Buchstaben/ wollen alles mit Historien und Buchstaben auffrichten / treiben grosse Kunst mit Historien und Buchstaben. p. 437. Mögen über den Buchstaben nicht höher steigen / umb den Geist sich nicht bekümmern. pag. 627.

Piget addere plura. Analogiam verò inter PAPÆ & SCHWENCKFELDII doctrinam in hoc negotio B. *Glassius* in Glaubens-Grund Cap. VIII. loco ad Antithesin citato pag. 268. 269. sic declarat: Gleichwie dieser die Leute zum innerlichen Geist und dessen unmittelbahrer Erleuchtung verwiesen/ aus welchem die Schrifft recht gründlich verstanden werden solte: Also weiset der Pabst die Christen auff die Römische Kirche/ das ist/ auff sich selbst/ und seinen Geist (als welchen ohne Mittel alle Religions-Puncta von GOtt geoffenbahret) das daraus der Schrifft-Verstand zunehmen sey.

Observatio.

Non est h. l. quæstio; Utrum ad salutarem intelligentiam veri sensûs Scripturæ, illuminatio divina supernaturalis requiratur? neque, Annon hominibus præjudicia carnis sequentibus, atque adeò Spiritui contumaciter repugnantibus, hôc ipsô verus sensus dictorum Scripturæ etiam gravissimorum occultus manere, aut displicere; & alius potiùs quæri aut suscipi possit? Hoc enim utrumque libenter conceditur. Sed quæritur: (1) Utrum etiam hi, qui per Spiritum Dei de vero verborum Scripturæ sensu erudiendi sunt, ut hoc fiat, opus habeant observare regulas bonæ interpretationis, & scrutari usum loquendi, contextum &c. (2) an, his neglectis, & tanquam carnalis studii nomine fastiditis, ab immediata Spiritûs internè loquentis revelatione certus sensus verborum Scripturæ petendus sit, aut expectandus? Quorum prius negant, posterius affirmant Quakeri: Nostrates prius affirmant, posterius negant: eòque Thesis & Antithesis h. l. spectant.

THESIS II.

TErminos quoque & phrases, quibus Ecclesiæ & Scholæ Christianæ uti consueverunt, præsertim ut vera Scripturæ sententia, ipsaque dogmata Sacra, ut divina, à falsis opinionibus distinguerentur; non solùm non amant, sed improbant & ludibrio habent.

ANTITHESIS II.

TErminos & phrases, non solùm in Scripturis expressè adhibitas; verùm etiam alias, ad distinguendam sanam doctrinam & errores, sub verbis Scripturæ aliò sensu acceptis, occultari solitos, more in Ecclesia olim receptô, Nostri quoque rectè adhiberi docent & usurpant.

Sic

R. Barclajus in præfat. Catechismi Quakerorum: Schul-distinctionen sind zu allen Zeiten die Weißheit gewesen/ und noch/ wodurch die Welt GOtt nicht kennt. 1. Cor. I, 21. und mit Unverstand redet. Job. 38, 2. Idem Apol. Thes. X. §. XXI. p. 199. 200. *in Theologiam Scholasticam* invehitur, tanquam *præcipuam partem literaturæ* adversariorum suorum, quam *monstrum esse* dicit, *ex scripturalibus quibusdam veritatis notionibus, & ethnicis terminis & axiomatibus productum*, & *esse quasi Paganicam Philosophiam Christianizatam, vel potiùs externam literalem Christi scientiam paganizatam.* &c. & ne putes, eam tangi, quæ Pontificiis in pretio est; mox ille §. XXII. p. 201. scribit; *Licet horum abusuum absurdiores à Protestantibus rejiciantur; radix tamen adhuc nutritur & præservatur, imò ad ministrum (Ecclesiæ) qualificatio habetur.* Confer Præfationem Thesium, *ad omnes cujuscunque generis totius Christiani Orbis Clericos, præsertim universos Doctores, Professores & Studiosos Theologiæ in Academiis versantes sive Pontificios sive Protestantes*; ubi similiter Theologiam Scholasticam ironicè *præclaram eruditionem*; seriò autem *nebulas* appellat, *quibus Clerici puram & nudam veritatem* (Dei) *obnubilaverint.*

B. Mart. Chemnitius sub initium Locorum inter Ὑπομνήματα seu *Commonefactiones speciales*, num. VI. *ad Grammaticam enarrationem vocabulorum, quorum usus est in explicatione singulorum locorum*, atque *ad terminos usitatos* attendere jubens; *Habet enim*, pergit, *Ecclesia varia & multiplicia vocabula. Primò quædam ex communi consuetudine loquendi sumta sunt, quorum explicatio linguarum cognitione adjuvatur* &c. *Deinde quædam sunt idiomata sacræ Scripturæ propria & peculiaria, quorum explicatio non potest, nec etiam debet sumi ex aliis linguis, sed ex phrasi Spiritus Sancti. Denique quædam neque ex vulgaris linguæ phrasibus, neque ex Scriptura sunt sumpta, sed ab Ecclesia gravi consilio recepta, propter tergiversationes & calumnias hæreticorum, ut vera sententia Scripturæ eò dexteriùs posset explicari* &c. p. m. 16. a. Ac videri possunt ibidem plura. Confer eundem L. de Deo Cap. II. de Tribus Personis Divinitatis, Membro Quarto, ubi docet, *quæ Vocabula, quâ significatione & quô consilio in præcedenti & hoc articulo sint recepta* p. m. 36. seqq.

Non Enthusiastæ tantùm antiquiores, sed & alii HÆRETICI, præsertim Antitrinitarii & χειρομάχοι, à quibus *magnâ invidiâ prægravabantur Orthodoxi Patres*, quasi *peregrinas appellationes ex impiis Ethnicorum Scholis in Ecclesiam introduxerint: (nullum enim dubium* erat, *vocabula illa in Scholis Philosophorum usitata esse:)* Utebantur quoque *specioso* illo *prætextu, quod scilicet Ecclesia de illa inaccessibili luce divinitatis non aliter deberet sentire, quàm ipsa divinitas prodiens ex arcana Majestatis suæ sede se patefecit: nec aliter deberet loqui, sed linguam Spiritus S. imitari, ideòque etiam verba totidem syllabis & literis exprimere.* ---- *Uterque & ARIUS & SABELLIUS speciosum* hunc *habebant prætextum.* Quod prolixè ostendit B. *Mart. Chemnitius* LL. Theol. T. I. L. de Tribus Perf. Sect. IV. p. m. 36. seqq. edit. Witteb. 1615. confer Hamb. Quaker-Greuel. Cap. I. p. 20. 21. De STIFELIO & consortibus, Theologi Jenenses in App. Consil. Dedek. p. 38. b. Wann Stiefel sammt seinen Ruckenhaltern im Sack stecken / und nicht weiter können / so pflegen sie ---- die Terminos Artis, controversiis Theologicis non malè applicatos zu verachten und aus zu lachen / ---- Aber in diesem Post folgen die Stiefelianer ihrem Vorfechter dem Weigelio &c. Denique *Christianus* HOHBURG inter alia ideò invehitur in nostros, daß sie mit ihren Heidnischen Vernunfft-Künsten / kunstreiche Lehren / krauß- und bunte distinctiones, Canzeley geschränckte Phrases in Schulen einpflantzen. P. I. Postill. p. 220.

Observatio.

Quamvis terminos & phrases orthodoxis receptas fastidiant & taxent Enthusiastæ, non tamen ita se continent intra modos loquendi vel in Scriptura expressos, vel aliàs usu populari receptos, ut non potiùs aliquando proprios ac durè sonantes sibi forment; aliàs etiam usurpent eos, qui nostris usu recepti sunt, si quando è re sua id esse putaverint. De *Thoma Münzero* novimus, quomodo ipse usus sit in tradenda pædia ad illuminationem immediatam, vocabulis, Entgröbung / Studierung / ausgestreckte Lust / Langeweil &c. quorum significationem tradit *Chemnitius* P. I. LL. de Vir. Lib. Arb. Cap. VIII. p. m. 203.

THESIS III.

ET quemadmodum modum ipsum tractandi doctrinam sacram distinctiùs & accuratius; sic disciplinas ministrantes, quæ Philosophicæ dicuntur; præsertim Logicam & Metaphysicam, contemnunt atque insectantur.

Videatur

R. BARCLAJUS Apol. Thes. III. §. V. p. 47. ubi *Protestantes* non minùs, quàm *Pontificios* reprehendit, *qui à simplicitate veritatis degenerantes, Logicam Aristotelicam Theologiæ ancillam faciant, & necessariam velint introductionem carnali, humano & naturali suo ministerio. Cujus generis homines innumeris & obscuris laboribus ethnica rudera immiscentes Scripturæ, hodiè tàm inutiles plebi reddantur.* Prolixius in Apol. Thes. X. §. XX. p. 198. 199. invehitur in *Logicam* & *Philosophiam*, velut *artem ministro* (Theologo) *ita inutilem, ut si quis verus minister* (Theologus) *illam habuerit, tutius illi fuerit, oblivisci & amittere eam: esse enim radicem & originem omnis contentionis & altercationis* &c. *Philosophiæ* autem *eam partem, quæ Moralis seu Ethica dicitur, non esse necessariam Christianis, qui sacræ scripturæ regulas & divini spiritus donum, quò multò meliùs instrui possunt, habeant.*

ANTITHESIS III.

AD doctrinæ sacræ ex genuino suo principio deductionem accuratam, & distinctionem ejus à falsis dogmatibus, vario modo occultari solitis, atque adeò convincendos apertiùs errorum patronos, Philosophiam Theologiæ servire, & præsertim Logicam & Metaphysicam in pretio haberi debere, Nostri docent.

Videatur

B. GERHARDUS Method. Stud. Theol. P. II. Sect. poster. Cap. I. p. 93. seqq. B. MEISNERUS Phil. Sobr. P. I. p. 13. LUBEC. HAMB. & LUNEB. Bericht von den neuen Propheten Motiv. III. §. 151. seqq. p. 81. seqq. Warnung vor dem Buch El. Præt. p. 206. 207. & Lehr- und Schutz-Schrifft contra Ægid. Guthm. Cap. III. §. 67. p. 516. 517. HAMBURG. Quäcker-Quackeley pag. 18. seqq. pag. 48. 49. Quomodo autem, pro diversitate principiorum rationis *formalium* & *materialium*, cautè tractari jubeant Philosophiam, ne mysteriis fidei aliquid detrahatur; inprimis accuratè ostendit B. JOH. MUSÆUS Tract. pecul. quô *Rationale* Theologicum *Nic. Vedelii* examinavit.

habeant. *Physicam verò & Metaphysicam ad alias, Medicinæ scilicet & Mathematicæ, artes reduci posse, quæ cum Christiani ministri* (Theologi) *officii essentia nihil commune habeant.* Confer *Williami Catonis* Beschirmung p. 35. Wir verwerffen euer Logic, welche ist eine Erfindung der Menschen/ in dem Fall/ und mit welcher Ihr in eurer verdorbenen Weißheit könnet verdrehen und verkehren die Schrifft. &c. add. pag. 37. Alte Warheit erhöhet p. 42. ubi eandem tanquam *Christianis* neglectam & *ignoratam* (die Christen haben diese Kunst nicht gelernet/ ajunt;) rejiciunt.

Præcesserunt

ANABAPTISTICI IDIOTÆ superioris & nostri seculi, *Philosophiam inventum Ethnicorum* proclamantes: de quibus vid. *J. Müllerus* in Anabaptismo Errore II. p. 11. seqq. Unde & VAL. WEIGELIUS artium & scientiarum, ex principiis rationis aut lumine naturæ pendentium, quoad usum, quem Theologiæ præstent, contemtor & osor fuisse deprehensus est. Nimirum P. III. Postill. p. 72. scribit: Es hatte zwar Paulus seine Kunst aus der Synagoga gelernet/ aber er muste sie gantz ausspeyen/ solte Er ein Apostel werden/ und Christus predigen. Idem Güldengriff pag. 71. inter impedimenta illuminationis supernaturalis die grobe Hindernüssen die das ewige grosse Guth verhindern und auffhalten; refert studia artium & scientiarum. Sie/ ait, (der Hauff aller Gelehrten) sind also ausgefüllt mit Künsten/ daß GOtt nicht Raum hat/ einer Nadelspitzen groß in ihrem Platz zu wircken. Quanquam jam ante eum ÆGIDIUS Guthmann Offenb. der göttlichen Majestät. P. II. L. XVI. Cap. II. p. 177. scripsit: Ihr wollet noch eines einführen/ daß Ihr für das Höchste haltet/ nemlich euer Philosophiam, welches doch in der gantzen Christenheit das ärgste und schädlichste Gifft ist/ so zwischen Himmel und Erden gefunden mag werden. Denn wie ihrs braucht/ so ist es nur eine Heydnische Narrerey/ Unsinnigkeit und Verführung/ die GOtt der HErr hasset/ und sie sammt Euch vertilgen wird &c. Sic etiam Theosophorum aut Novorum Prophetarum dicteria adversùs Philosophiam ex scriptis ipsorum collegerunt Theologi *Lubecenses*, *Hamburg.* & *Lüneburgenses* in ausführl. Bericht Motiv. III. §. 163. quod eam appellent gantz irrdisch/ eitel/ animalisch/ unvernünfftig/ heydnisch/ teuffelisch/ ein Greuel der Verwüstung/ die Hure Babel/ das unzüchtige Weib Jesabel/ die verführung Jesabels/ die von unten her sey/ aus dem Fleisch/ Finsternüß/ Lü-

gen/

gen/ Irrthum/ Verführung &c. Philos-Sophistische Spitzfindigkeit/ Philos-Sophistische Kunst/ die Philosophos Aristotelische und Stoische Physicos &c. pag. 88. Et *Christ.* Hohburg/ nomine *Eliæ Prætorii* tectus, Libello von Mißbrauchen des Predig-Amts p. 726. queritur, man habe der heidnischen Philosophen principia apodictica, verführische Bücher und Sachen ins Christenthum geführet/ und dieselbe spitzfindige Vernunfft-Instrumenta scientiarum auff hohen Schulen gelernet. Et p. 181. Es wohne in uns die heidnische Philosophia mit ihren Töchtern/ Logica, Rhetorica, Metaphysica. Iterum pag. 259. Der Vernunfft habe man zuviel eingereumet; die Philosophiam und Schul-Wissenschafft mit ihren Künsten habe man mitten in die Theologie gesetzt p. 259. Den Pestilenzischen alten Sauerteig Philosophiam Aristotelicam solle man ausfegen. Jamque sub initium libelli pag. 25. scripserat, Heydnische Künste haben uns fast mehr denn heydnische Christen gemacht. & p. 33. procul esse jussit die Fleischliche Aristotelische Metaphysische und Logicalische Concepten.

Observatio I.

Enthusiastæ aliquando videri volunt, abusum Philosophiæ tantùm damnare, non Philosophiam ipsam: quemadmodum Val. Weigelius Güldengriff Cap. V. p. 14. 15. 16. agnoscendam esse dicit *duplicem Philosophiam, Naturalem unam*, quæ *per lumen naturæ; alteram supernaturalem per lumen fidei & spiritus in Christo*, quas *nec* ab invicem *separari*, neq; inter se *misceri* oporteat. Non tamen discursivam illam ex principiis rectæ rationis deductam cognitionem, ipsi cognitioni sacræ servientem aut adminicula præstantem, sincerè agnoscit; sed Philosophiam, etiam circa res creatas occupatam, talem prædicat, quæ à Christo supernaturaliter proficiscatur: alteram planè fastidit. Sic enim l. c. p. 16. Was ist das für ein Philosophus, der sich unterstehet die Geschöpff GOttes oder die Natur auszulegen ohne Christo? Wer nicht mit Weißheit wandlet/ das ist/ der nicht mit Christo handlet und wandlet/ der muß fehl und irr gehen &c. Quod plus simplici vice repetit & inculcat: ut facilè constet, talem relinqui & commendari philosophiam, quam *Fratres Roseæ Crucis* & *Paracelsici*, sibi & suis immediatè conferri divinitùs jactitant.

Observatio II.

De *Logica* peculiariter notandum est Barclaji commentum, qui *Logicam naturalem* extollit, ut *artificialem* ac regularem deprimat.

Quod ad Logicam naturalem, scribit Apol. Th. X. p. 199. *quâ viri rationales sine illa arte & regulis vel sophisticâ eruditione, naturaliter ex propositionibus veris certam conclusionem deducunt, quâ vix invenitur homo carere, qui mentis compos est, illius usum minimè negamus, & eâ in hoc tractatu aliquando usus sum, quæ & omnibus sufficere sine arte dialecticâ possit.* Ac nostri quidem libenter concedunt, ac pridem docuerunt, *non* esse *necesse*, ut discursus Theologici in forma syllogistica expressè semper proponantur; monent autem, sic formari debere, ut ad formam Syllogisticam, juxta regulas artis Dialecticæ, (quam is vocat) facilè revocari possint: ac, si res, aut perspicuitas doctrinæ ac probationis postulet, juxta artis regulas formaliter esse enunciandos. Vid. *Corn. Martini* libellus de Analysi P. I. Cap. X. p. m. 125. seqq. Barclajus autem & socii, discursus suos malè cohærentes, ideò faciliùs se tueri posse persuasi sunt, si absit examen juxta leges Analyticæ accuratiùs instituendum.

THESIS IV.

IMò etiam Meditationes doctrinæ Theologicæ contemnunt, tanquam aliquid homini naturale; & cognitionem supernaturalem impediens: ac potiùs ex adverso *silentium* ejusmodi commendant, quô mens ipsa nihil cogitet, sed ab omnibus cogitationibus, nisi quas Deus immediatè produxerit; abstineat, ipsa passivè prorsus se habeat.

Ita

R. BARCLAJUS in eos invehitur, qui *unum aliquem locum aut versum scripturæ assumunt, & quæ in musæolo studuerunt & præmeditati sunt, ea deinde loquuntur* &c. Apol. ad Thes. XI. §. XVIII. p. 248. Putat

ANTITHESIS IV.

AD Theologiæ quoque habitum consequendum *Meditatione* multâ & solicita opus esse statuunt: neque hodiè & ordinariè cuiquam obtingere, nisi successivè, insumto in ea addiscenda aliquot annorum tempore, studioque & labore multo.

Videatur

B. JOH. MUSÆUS Introd. in Theol. P. I. Cap. III. §. XLIII. p. 192. 193. & quotquot Nostratium in tradenda Theologici studii Methodo occupati fuerunt. Vulgò etiam notum est, inter ea, *quæ Theologum faciant*, autem

autem etiam hodiè valere debere, quod Apostolis contigit, *qui loquuti fuerint, prout Spiritus Sanctus dabat, eloqui illis; non quod studebant, ex libris collegerant, & antea in musæolis præcogitârant*. Ibid. p. 249. Quanquam enim §. præced. X. p. 237. scripserit; se suosque *meditationi non adversari, uti quidam falso ex doctrina sua inferre studuerunt: sed* esse se *contra cogitationes & imaginationes hominis naturalis in sua voluntate, à quibus omnes errores & hæreses processerint*: mox tamen se explicat, quòd omnem *cogitationem* aut *notionem de eo quod spirituale* aut *religiosum* est, rejiciat; nisi ad quam homo se merè passivè habeat, tanquam *attendens* Deo: quod *ex se potius passivam dependentiam, quàm actionem ullam denotet*. Unde meditatio, quam probat, propriè non est meditatio: certè non discursiva, sed apprehensiva tantùm ac merè passiva seu receptiva ejus, quod Deus intellectui sive sigillatim, sive ita ut tanquam ex altero fluens aut pendens & cum eo connexum cognoscatur, immediatè manifestaverit. De ipso autem hoc *silentio*, quod & commune omnibus fidelibus ad cultum divinum esse volunt, infrà, ubi de Conversione & Renovatione dicendum erit, plura videbimus.

præter *Orationem & Tentationem* referri *Meditationem*. Interim non negant nostri, Theologiam veri nominis ex natura sua pendere à supernaturali gratia, Deoque, intellectum per verbum revelatum illuminante, ac voluntatem trahente: quod B. *Musæus* l. c. pluribus ostendit. Illam passivam autem atque otiosam expectationem habitus Theologiæ immediatè infundendi, quam sub nomine Gelassenheit commendare consueverunt Enthusiastæ, impugnârunt pridem Theologi Lubec. Hamb. Et Luneb. Warnung contra El. Pr. pag. 57. Prüfung des Geistes Prat. p. 117. Bericht von den neuen Propheten Motivo IV. §. 299. seqq. Nic. Hunnius Betracht. der Paracels. und Weigel. Theol. p. 353. seqq. 488. seqq.

Præcesserunt etiam hic

Enthusiastæ priores. Atque omninò huc pertinet *mora illa*, die Langeweile / quam primi illi superioris seculi Pseudoprophetæ commendârunt. Vid. *Lutherus* Libro contra cœlestes Prophetas P. I. T. III. Altenb. fol. 55. a. Et P. II. fol. 67. a. de iisdem: Wenn man sie fragt / wie kömmt man denn zu denselbigen hohen Geist hinein? So weisen sie

ich nicht auffs äusserliche Evangelium/ sondern in Schlauraffenland/ und sagen: Stehe in der Langweile/ wie ich gestanden bin/ so wirstu es auch erfahren/ da wird die himmlische Stimme kommen/ und GOtt selbst mit dir reden. Fragstu weiter nach der Langweil/ so wissen sie eben so viel davon/ als D. Carlstadt von Griechischer und Ebräischer Sprache. Ac vulgò notum est illud WEIGELII: O möchte ich ein Klotz seyn nur eine halbe Stunde/ ich würde ein Prophet und Apostel! P. III. Postill. super Evang. Dom. XII. Trinit. p. 229. Add. Postill. super Evang. Dom. XI. Trinit. p. 213. Güldengriff Cap. VIII. p. 22. & XII. p. 36. ubi ad supernaturalem cognitionem requiritur, daß der Mensch in ein Stillschweigen komme/ sich leidentlich halte/ nur warte und empfahe &c.

Observatio.

Sanè ipsi Quakeri negare non possunt, se, cùm libros scribunt, meditationibus vacare: ac præsertim *Barclajus* diffiteri non potest, se non tantùm in evolvendis, quos magno numero Index refert, Auctoribus, atque expendendis dictis & sententiis operam longam posuisse; sed & in dictis Scripturæ ad certas quæstiones applicandis, inferendisque inde conclusionibus, meditatum aliquandiu fuisse. Attamen, quasi in scriptis suis consignandis immediatô θεοπνευστίας beneficio donatus fuisset, præf. in Catechismum suum sub finem scribit; *plura haud dubiè potuisse allegari dicta Scripturæ;* sed se contentum esse his, *ad quorum commemorationem à Spiritu ductus* fuerit: Ich zweiffle nicht/ daß dieses mit etlichen Oertern der Schrifft (welche/umb daß sie nicht in meinem Gedächtniß gekommen/ ausgelassen sind) hette können vermehret werden. Dennoch hab ich Ursach mich hierinn geruhig zustellen/ sintemahlen GOtt durch seinen Geist (welcher alles erinnert) mit so weit zu Hülffe gekommen ist.

THESIS V.

Hic ergò denique Disputationes ipsas de doctrina sacra rident & cavillantur.

ANTITHESIS V.

Disputationes verò Theologicas Nostrates propter corruptelas doctrinæ cœlestis necessarias, ideòque exercitia earum valdè utilia esse docent.

Inpri-

Inprimis	Videatur
WILLIAM CATON Onderſoeker p. m. 6. ad Quæſtionem; *Cur ipſi* (Quakeri) *nolint diſputare, cùm tamen ſi veritas ab ipſorum partibus ſteterit, utique poſſint adverſarios ſuos diſputando vincere?* Reſpondet, hanc potiùs *inſignem* eſſe Dei *gratiam populo huic exhibitam, quòd non ampliùs ad diſputandum propendeant.*	B. GERHARDUS Diſpp. Acad. P. III. Diſp. III. §. 14. p. 880. & Theologi LÜB. HAMB. & LÜNEB. im Bericht / Præfat. §. 30. p. 15. & Motiv. III. §. 238. ſeqq. p. 123. ſeqq. Warnung Abuſ. IX. pag. 258. ſeqq. Schutz-Schrifft P. II. p. 450. Nimirum abuſus diſputationum à vero & genuino uſu diſtinguere pridem conſueverunt.

Præceſſerunt

CAROLSTADIUS & ſocii *Enthuſiaſtæ*, qui quamvis valde loquaces, tamen diſputationibus Doctorum petiti preſſique, diſputationes ipſas accuratiores odiſſe cœperunt. WEIGELIUS autem libello peculiari de Diſputationibus p. 1. infit: Ich ſchreibe ein Diſputir-Büchlein / aber nicht der Meynung / als könte man die Warheit durchs Diſputiren erlangen und lernen / denn natürliches menſchliches Diſputiren iſt dieſem ſtudio alſo nütz / als der Teuffel der H. Kirchen. conf. p. 5. FELGENHAUERI ſimiles invectivas in diſputationes Theologicas collegerunt Theologi *Lüb. Hamb. & Lüneb.* Im Bericht Motivo III. §. 236. p. 123. HOHBURGII dicteria iidem in der Warnung Sect. IX. p. 196. ſeqq. & rurſus in der Lehr- und Schutz-Schrifft contra Guthmannum P. I. Cap. IV. §. 8. ſeqq. p. 604. ſeqq. & P. II. p. 416. 445. 738.

Obſervatio.

Equidem conſpectus ipſe Scriptorum à Quakeris editorum plurium docet, occupari illorum operam in propugnanda ſua doctrina & praxi; inque impugnandis diſſentientibus aut adverſariis ſuis. Itaq; vel opponendo vel reſpondendo rem agunt, ac verè diſputant: niſi quod ad genuinam diſputandi artem ac leges alligari ſe renuunt, juventutem Theologico addictam ſtudio, diſputationibus præparari ad propugnandam ac defendendam doctrinam, ægrè ferunt. Ipſi denique haud rarò in certamine ſerio doctoque deficientes aut ſuccumbentes, ad convitia convertuntur. Prout *Caton* contra Hamburgenſes, *Ames*

 contra

contra Lassenium, *Crisp* contra Alex. Rossium, *Lawson* contra Zentgraffium, scribentes. Morem autem illum jam in antiquioribus Enthusiastis observârunt & taxârunt laudati Theologi *Lüb. Hamb.* & *Lüneb.* im Bericht. præf. §. 28. p. 14. & Motivo III. §. 244. p. 125.

CAPUT IV.

De

DEO TRINUNO.

QUAKERORUM

THESIS I.

PAtrem, Filium & Spiritum S. equidem esse Deum profitentur Quakeri: esse autem tres personas, nolunt asserere; aliqui prorsùs negant.

Non solùm enim

ROB. BARCLAJUS in Thesibus earumque Apologia, itemque Catechismo suo & adjecta Confessione Fidei; similiter WILLIAM SCHEWEN in Glauben und Erfahrenheit eines Christen/ ubi de Deo, de Christo, de Spiritu S. agunt; à doctrina de tribus personis Deitatis prorsùs abstinent: sed & negativam apertè profitetur WILLIAM CATON Beschirm. p. 27. Wir finden

PROTESTANTIUM

ANTITHESIS I.

Ecclesiæ magnô consensu apud nos docent, Decretum Nicænæ Synodi de Unitate Essentiæ Divinæ & de tribus Personis, verum & sine ulla dubitatione credendum esse; videlicet, quod sit una essentia Divina, quæ & appellatur & est Deus &c: *Et tamen Tres sint Personæ ejusdem essentiæ & potentiæ & coæternæ, Pater Filius & Spiritus Sanctus.*

Verba sunt

AUGUSTANÆ CONFESSIONIS Artic. I. Quibus uti provocatur ad Symbolum vetus *Nicænum*: quod cum augmento *Constantinopolitano* usurpamus; cui etiam respondet Symbolum tertium, quod vulgò *Athanasianum* dicitur: ita in *Articulis Smalcaldicis*, *Catechismo* utroque, (in Explicatione Symboli Apostolici) & *Formula Concordiæ*, ejusque solida Declaratione sub ini-

nicht/

nicht/ daß die Schrifft Meldung thut von einem GOtt / welcher in dreyen Personen bestehet &c. Et Rob. Barclajus, Rettung der W. p. 10. doctrinam de tribus personis dicit esse *traditionem hominum vanam*, ein Menschentand/ so in den nach und nach sehr verderbten Zeiten entsprungen. Conf. Th. Lawson Antwort ad Disp. Zentgraffii de Quaker. p. 20, 21. Steven Crisp Triumph der Warheit. p. 17. n. 10. Inprimis horrendum & blasphemum dictum est, quod, (Dn. *Zentgraffio* in Colluv. Quak. Phant. IV. p. 27. citante,) Whitehaud quidam, in libello, Ismael mit seiner Mutter vertrieben/ contra Prædicatorem quendam Norwicensem effutiit, dicens; Die drey Personen/ davon du träumest/ welche du hernach gleich als ein Teuffels-Beschwerer aus einer her deducirest/ und dividirest/ werden von uns durchaus alle geläugnet/ und du wirst mit denselben in ewiger Finsterniß im feurigen Pfuel verschlossen seyn und bleiben.

tium, eadem doctrina confirmatur & inculcatur. Eamque Nostratium multi contra Arianos & Socinianos defenderunt aut propugnârunt: quemadmodum & *Conr. Schlüsselburgius* Catal. Hæret. Lib. XI. de Servetianis, p. 54. seqq. p. 479. seqq. rem simul & vocabula Ecclesiæ recepta ab exceptionibus hæreticorum illorum vindicata, exhibet: eoque provocat, cùm Lib. X. in refutatione errorum similium Schwenckfeldii occupatur. p. 82. seqq.

Sequuntur vestigia

Hæreticorum veterum variorum, Simonianorum, Noetianorum, Praxeanorum, Sabellianorum, Samosatenianorum, Priscillianistarum, Photinianorum, Ptolemæanorum, Colarbasiorum; qui omnes mysterium trium personarum in divinis negâsse leguntur: Inprimis Enthusiastarum antiquorum; quemadmodum Montanum *personas Deitatis confudisse, & Noëtum Montani discipulum fuisse, ex ejusque lacunis & cœno suum errorem hausisse*; *Theodoreti* auctoritate probat *L. Danæus* Comm. ad Aug. de hæres. c. XXVI. p. m. 151. §. 3. n. 5. Messalianos autem *Deum unum quidem coluisse, velut numen quoddam singulare, & monarchicum; non autem quale nobis à divina Scriptura proponitur in tres distinctum personas & ὑποστάσεις reipsa existentes*; ex *Epiphanio Danæus* idem memorat l. c. ad Cap. LVII. p. 284. §. 3. n. 1. Itaque nec mirum est, præter Samosatenianos neotericos seu Neophotinianos, Servetum Socinum & sequaces, (quorum nota est hæresis) etiam Schwenckfeldium

nem & Socios, in eundem errorem incidisse. Hunc sanè docuisse, *Filium esse eandem personam, quæ est Pater*; pridem observarunt Theologi *Mansfeldenses* Confess. A. 1560. ed. de Suencofeltianis Errore I. p. 81. b. adductis verbis illius ex Lib. de Verbo Dei p. 32. *Filius est vita seu hypostasis Patris.* De ANABAPTISTIS ad Colloquium Franckenthalense admissis constat ex Protocollo Artic. II. act. 6. n. 6. pag. 117. seqq. quòd doctrinam de tribus personis divinis approbare noluerint, dicentes: Wir wissen der Personen halb/ wie ihrs ausleget/ keinen Unterscheid zu machen/ & adducto loco 1. Joh. V, 7. Wir wissen keine weitere Erklärung/ oder Trennung dazwischen zumachen. WEIGELIUS Deum ante opus creationis ἀνυπόστατον fuisse, personam aut personas non fuisse, somniavit; GOtt ist Personloß vor der Schöpffung: Das ewige Wesen GOttes ist und bleibt Personloß/ ohne Creatur &c. P. I. Postill. p. 156. 157. STIFELIUS denique ad interrogationem de tribus Divinitatis personis sic respondit: Es ist ein GOtt der allein gut ist. Und seynd in solchen göttlichem Wesen drey Zeugen/ GOtt Vater/ Sohn und Heiliger Geist. Von dreyen unterschiedlichen Personen redet die Schrifft nicht/ sondern Christus ist die Person/ darinnen GOtt Vater und Heil. Geist mit der Fülle der Gottheit leibhafftig wohne. Quæ & plura ex Actis publicis annotârunt Theologi *Jenenses* in App. Consil. Dedek. p. 39. a.

Observatio. I.

Non adeò mirum est, Quakeros doctrinam hanc repudiare. Cùm enim Spiritum intùs docentem unicè sequantur; hæc autem doctrina talis sit, quæ non nisi ex revelatione divina, Scripturis comprehensa, disci ac teneri potest: facilè illis occulta manet atque excluditur, quam nec ratio sibi relicta dictitat, nec Spiritus malus suggesturus æquè præsumitur.

Observatio II.

Fingunt aliquando, se tantùm id agere, ne concedere putentur, esse tres Deos, aut tres essentias, quarum quælibet sit à se: quemadmodum *Steven Crisp* Triumph l. c. p. 17. scribit: So sie uns wollen zu glauben machen/ daß drey unterschiedliche Götter oder ursprüngliche Wesen seyen/ so verläugnen wir wahrlich ihre Dreyeinigkeit. Poterant autem non minùs, quàm debebant, pridem cognovisse, quòd aliud sit, cum Ecclesia Christiana antiqua & hodierna, tres personas Deitatis; aliud, cum

cum Gentilibus plures (ac fortè tres) Deos aut essentias divinas totidem statuere.

Observatio III.

Concedunt aliquando Quakeri, dari tres in Deo subsistentias, aut Hypostases, negant tamen tres personas: prout *William Caton*, Append. ad Beschirmung der Warheit / p. 68. approbat illud *Platonis*; Das wesen Gottes breitet sich selbst aus in drey Subsistentias oder Τρόπους, welche (addit Caton de suo) die Christen heutiges Tages (wiewohl ungereimt) nennen drey Personen in einem Wesen. Neque est, quod putemus, illos Græcæ Ecclesiæ veterum doctorum cum Latinis litem spectare solùm aut redintegrare: quamvis vocabulum *personæ* aliquando de externo habitu ab illis accipi, atque ita à præsenti negotio removeri, non negemus. Non enim in eo acquiescunt, sed longiùs progressi, quam verbis concedunt, ὑποστάσεων aut subsistentiarum diversitatem, reipsa negant.

Thesis II.

Filius Dei juxta Quakeros equidem *Deus* est ac *Verbum Dei*. Attamen hoc ipsum *Verbum Dei* & *Lumen*, non tantùm à Deo ut Patre, sed & ab ipsa essentia divina realiter diversum est: juxta eosdem.

Antithesis II.

Filium Dei ita esse *Deum verum de Deo vero*, ut sit *consubstantialis Patri*; & ut *Patris & Filii una sit Divinitas*, credimus.

Sanè

Mirum est, quantopere hîc sese involvant Quakeri. Constat ex Barclaji Apologia p. 9. (occasione assertionis suæ primæ; *Quod nulla cognitio Patris sit, nisi per Filium*;) *Filium Dei* & *Verbum Dei* pro iisdem ab illis haberi; & utrumque dici Deum. *Infinitus ille*, ait, *& sapientissimus Deus, qui fons & radix & omnis operationis origo est, omnia operatus est æterno suo verbo*

Juxta

Symbola Nicaenum & Athanasianum: quô posteriore loco additur, *æqualem* esse *Patris & Filii gloriam*, atque *coæternam majestatem*: quæ uti hæreticis, Arianis præcipuè, opposita fuerunt; sic etiam in præsenti negotio contra Platonizantes alios notanda veniunt. Confer B. *Chemnit*. P. I. LL. p. m. 57. D. *Calov*. Bibl. Illustrat. ad Joh. Cap. I, ubi adversùs *Sandium*

& Fi-

& *Filio. Hoc illud verbum est, quod initio erat apud Deum, & ipse Deus erat, per quod omnia facta sunt, & sine quo nihil factum, quod factum est. Joh. I, 1. 2. 3. Hic ille Jesus Christus est &c.* Attamen ad Thesin V. in qua Arianum Platonizantem; & Consider. Arminianis. Cap. III. sect. I. de Filio Dei §. III. seqq. p. 9. seqq. ubi contra Henricum Nicolai disputat. dixerat p. 62. *Deum ita dilexisse Mundum, ut Filium suum unigenitum, Lumen, dederit, qui illuminaverit omnem hominem, venientem in mundum* &c. Explicationis §. XIII. p. 82. 83. docet, se per *hoc Verbum Dei & Lumen, quô unumquemque illuminari dixerat, minimè intelligere propriam essentiam & naturam Dei in se præcisè sumptam, ... quæ in partes & mensuras non est divisibilis, sed intelligere spirituale, cœleste & invisibile principium & organum, in quo Deus, ut est Pater, Filius & Spiritus, habitat; cujus divinæ & gloriosæ vitæ mensura omnibus insit, sicut semen: & hoc vocare se vehiculum Dei, Spirituale Christi corpus, carnem & sanguinem Christi, quæ ex cœlo venere.* Itaque Filius Dei, qui & verbum Dei, sic est Deus, ut tamen non sit ipsa essentia & natura Dei indivisibilis. Et rursus: Filius Dei est illud invisibile organum, in quo habitat Filius Dei. Porrò: Filius Dei est Spirituale Christi corpus, est caro & sanguis Christi, quæ ex cœlo venere. Denique Verbum Dei est verbum æternum, & tamen est ipsa caro & sanguis Christi. Hæc, inquam, Theologia Quakerorum est περὶ τοῦ λόγου, de Verbo æterno, Filio Dei: Hæ illæ assertiones, quæ non minus inter se, quàm cum sana Ecclesiæ doctrina pugnant.

Sequuntur autem

PHILOSOPHOS GENTILES, interque eos maximè PLATONEM & PLATONICOS, qui quidem de rebus divinis, vel præ aliis omnibus cognitionem sublimiorem consecuti esse & tradidisse putantur. Cognovisse illos Christum, tanquam *Lumen* & *Sapientiam Dei, Barclajus* ipse memorat & jactat Apol. ad Thes. V. & VI. p. 118. 119. Pluribus autem *William Caton* in Append. illa sua ad libellum Beschirmung der Warheit/ ubi ex instituto id agit, ut ostendat, daß die heydnischen Philosophi von Christo/ dem eingebohrnen Worte und Sohne GOttes gewust und gezeuget haben. p. 67. seqq. ubi inter alia prolixè laudat, quæ Philosophi illi, Platonici cumprimis, de λόγῳ eodemque Filio Patris (quanquam & de Spiritu) docuerunt: videlicet *Deum primum* seu *Patrem* esse *supra essen-*

essentiam (ὑπερούσιον) esse τὸ ἓν, *Unum*; τ' ἀγαθὸν, *Bonum* (κατ' ἐξοχὴν); *Filium* esse *Essentiam* ex illo procedentem, τὸ ὄν, τὸν Νοῦν, *Mentem*, ex illo Bono exsplendescentem, *opificem* (Δημιουργὸν) *Mundi* &c. Quæ tamen profectò parum conveniunt cum veritate: quemadmodum & *Eusebius Cæsariensis*, (ad quem tamen provocat Caton) parum tribuit Theologiæ Platonicæ, licet multas ex ea de rebus divinis sententias collegerit: fraudes videlicet, quæ in dictis latent, ostendens, ac de iis lectores monens. Ac ne *Cyrillus* quidem (quem alterum hîc nobis objicit Caton) omnia probat, quæ ex Philosophis illis l. c. de Deo & Patre, de Mente à Deo genita &c. adducit. Ac rectè omninò J. *Ludovicus Vives* L. II. de Veritate Fidei Christianæ Cap. II. p. m. 222. *Plato* ait, *& alii omnes* (Philosophi) *si quid de Filio dicebant, loquebantur magis, quàm quid loquerentur, sciebant, vel intelligebant.* Confer B. *Balth. Stolbergii* Exercit. Acad. De Λόγῳ & Νῷ Platonico, Cap. III. ubi *aliud Christianos de Λόγῳ; aliud Platonicos* docuisse ostendit, neque aliter convenire, quàm cum miraculis Mosis, ea, quæ Ægyptiorum Magi faciebant signa. Sic autem porrò Arianorum vestigia sequi Quakeros nostros, cognosci potest: quos Platonicæ illius Theologiæ sectatores fuisse constat: docentes equidem, Filium esse *Deum de Deo, verbum Patris, Lumen* &c. non verò esse Deum illum summum ὑπερούσιον, ὑπέρζωον, ὑπέργυν &c. de qua Arianismi & Platonismi convenientia, vid. *Stolbergius* l. c. §. 6. & *B. J.C. Dürrius*, Disp. III. contra Socinianos, seu de Christianismi per Hypotheses & dogmata Socinianorum eversione Cap. V. Sect. II. §. VIII. p. 65. aliique qui de mysterio Trinitatis scripserunt contra adversarios. Nota autem præterea sunt deliria Serveti de Λόγῳ ejusque *generatione*, deque *idealiratione ab initio, seu exemplari futuri hominis Jesu Christi:* unde factum, ut etiam *carnem cœlestem* ac *divinam, Christum è cœlo secum apportâsse* doceret: quæ non minùs intricata, & Quakerorum apud Barclajum dictis non adeò sunt absimilia. Vid. *Conr. Schlüsselb.* Catal. Hæret. Lib. XI. p. 131. seqq. Schwenckfeldium autem Serveto affinem esse, idem monuit Lib. X. p. 83. 84.

Observatio.

Videntur Quakeri in istis suis de Verbo ratiocinationibus eò angustiarum redigi, ut vel planè negent Deitatem veram τοῦ λόγου; vel λόγον duplicem statuant; unum, qui cum Patre sit unus verus ac summus Deus; alium deinde inferiorem, qui cum priore, Deoque ipso simi-

G 2 litudi-

situdinem quandam habeat; sit autem divisibilis aut multiplicabilis, ita ut pars ac mensura quædam ejus sit in hoc, alia in alio homine. Qua ratione verendum est, ne λόγ☉ hic alter sit aggregatum quid ex pluribus λόγοις; fortè quemadmodum Platonicis λόγ☉ est qualibet substantia corporis expers, & ratione aut intelligendi facultate pollens. Unde in plurali λόγους multos i.e. Angelos, Bonos ac Malos, *Philo* Judæus Platonizans, & *Valentinus* Hæresiarcha, Platonis sectator, cum suis asseclis agnoverunt.

Observatio II.

Non negamus, generationem Filii Dei à Patre ita esse supra intellectûs humani captum, ut explicari satis nequeat. Neque adeò Quakeros reprehenderemus, si rationem ejus evidentem reddere non possint. Agnoscimus etiam, generationem Filii Dei propriè dictam à Patre cum identitate essentiæ & æqualitate utriusque conciliari per rationem humanam non posse. Sed quòd Quakeri, ignes erraticos Philosophiæ gentilis potiùs, quàm Lumen Scripturæ Sacræ sequentes, Filii Dei, qui & quatenùs Verbum Dei est, cognitionem sic involvunt, ut Scripturæ pariter ac sibi ipsis repugnent, ab eo nos alienos esse, non possumus non testari.

Thesis III.

Spiritûs Sancti personalitatem (seu eum personam esse) etiam peculiariter inficiantur.

Videatur

WILLIAM CATON Beschirm. p. 7. n. 11. ubi ad accusationem *Christiani Pauli* Dantiscani, qui scripserit; Es scheinet/ daß sie (Quakeri) den Heiligen Geist nicht für die dritte Person der Gottheit halten/ Respondet: Wir wissen/ daß Er ist einer von den dreyen: die da Zeugen im Himmel/ aber du magst entweder aus der

Antithesis III.

Spiritum Sanctum esse *personam*, quæ *propriè subsistit*, constans est Nostratium sententia.

Quam

AUGUSTANA CONFESSIO Artic. I. expresse docet & in Antithesi *contra Samosatenos veteres & neotericos* propugnat. Sequitur autem Symbola antiquiora, NICÆNUM, ubi Spiritum S. confitemur *Dominum & vivificantem, qui ex Patre (Filioque) procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur, & glorifica-*

Schrifft

Schrifft beweisen / daß der Heilige Geist eine Person genennet wird/oder deinen Irrthum selbst bekennen. Idem repetit im Schall der Warheit contra. Chr. P. hellklingenden Wiederschall / p. 11. *Hamburgenses* quoque Theologi testantur, quod Quakeri in Colloquio cum ipsis habito coram dixerint, der Heil. Geist sey nicht eine selbständige Person/ sondern Er sey Christus selber. BARCLAJUS autem, quamvis multa de Spiritu Sancto proferat in Scriptis suis, nusquam tamen *personam* dixisse; sed potius in Animadv. suis ad *Nic. Arnoldi* Exercit. de Quakerismo, Sect. 31. p. 20. scripsisse legitur: *Quod Arnoldus dicit, Spiritum illum, qui est author Scripturæ, esse personam divinam: Unde hanc phrasim personæ divinæ deducat, scire aveo.* Nimirum displicet Barclajo hæc phrasis & sententia.

tur, qui locutus est per Prophetas. Quæ singula personalitatis argumenta sunt. Nimirum *singulatim unamquamque Personam Deum ac Dominum confiteri, Christiana veritate compellimur:* & sic etiam præter Patrem & Filium, ipsum non minus *Spiritum Sanctum, Dominum ac Deum, omnipotentem,* &c. *à Patre & Filio, non factum, nec creatum, nec genitum, sed procedentem:* juxta verba SYMBOLI ATHANASIANI. Atque hanc personalitatem Spiritûs S. Nostrates quam plurimi contra Socinianos pridem ac nuper probarunt ac defenderunt.

Sequuntur autem

Quakeri iterum hæreticos antiquiores; nominatim SABELLIUM, qui Spiritum Sanctum negavit esse personam, *mitti* autem dixit, *ut vim calefactivam in mundum, & consequenter & singulatim in unum quemque, qui dignus sit:* ut est apud *Epiphanium* hæres. LXII. sed & MACEDONIUM cum suis, qui haud dubiè inter eos fuerunt, de quibus *Gregorius Nazianz.* Orat. XXVII. scribit: *Alii Spiritum Sanctum efficaciam meram esse præsumebant; alii creaturam, alii Deum, alii cuinam attribuendus generi esset, ignorabant; sacras, ut ajunt, literas veriti, quæ nihil super hac re expressum haberent.* Quibus accesserunt SERVETIANI ac SOCINIANI, ex quibus CHRISTOPHORUS OSTORODUS Instit. Germ. Cap. IV. n. 4 Es ist offenbahr/ inquit, was wir vom Heiligen Geist halten/nemlich daß Er keine Person sey/ welche von dem einigen warhafftigen GOtt/ dessen Geist er ist/ unterschieden were: Sondern nur allein seine Krafft/ wiewohl nicht eine jegliche/ sondern nur die/ welche auff einigerley Weise Heilig machet.

Obser-

Quod ad primam monuimus controversiam, id in hac quoque thesi atque antithesi notandum est: non agi tantùm de nomine *personæ*, quod tanquam ἄγραφον Quakeri usurpare religioni sibi ducant. Equidem aliquando ita simulant ipsi, quemadmodum videre est apud BARCLAJUM in der Rettung der Warheit p. 10. 11. & THOMAM LAWSON Resp. ad Colluviem Quakerorum à B. *Dannhauero* & Dn. *Zentgraffio* editam, p. 20. 21. Sed si rectiùs attendamus, eaque quæ thesi & antithesi sequente dicentur, conferamus; ipsam rem verbis appellatam, doctrinamque fide Christiana tenendam, impugnari, patebit. Quanquam non desit causa, cur vocabula ipsa, tot seculorum usu ab Ecclesia Christiana universa, ad exclusionem hæreticorum, adhiberi solita, contumeliis aut ludibrio eorum, qui altiùs sapere sibi videntur, exponi aut impunè subjici, non patiamur.

THESIS IV.

DEniq; realem distinctionem Patris, Filii & Spiritûs Sancti quidam Quakerorum apertè negant: alii ita affirmant, ut de sinceritate mentis suæ, dubitandi causam non parvam relinquant.

Negant expressè

WILLIAM CATON, cujus in der Beschirm. p. 40. hæc sunt verba ad *Johannem Berckenthalium*; Der diese drey zertheilet/ er sey wer er sey/ (als du sagest/ der Vater ist nicht der Sohn/ auch ist der H. Geist nicht der Sohn &c.) ist ein solcher/ der nichts von ihnen weiß/ nicht mehr als die Jüden/ welche die Worte Christi nicht vertragen konten/ als er sagte: Ich und mein Vater sind eins &c. Et GEORGE FOX

ANTITHESIS IV.

INprimis realem distinctionem Patris & Filii & Spiritus Sancti seriò profitemur, & omninò agnoscendam tuendamque esse docemus.

Prout

In SYMBOLO ATHANASIANO, *fidem Catholicam, (quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum periturus sit,) hanc* esse confitemur, *ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, Non confundentes personas, neque substantiam separantes: Aliam enim esse personam Patris, aliam Filii, aliam Spiritûs Sancti* &c. Errorem autem oppositum

in

in der Beschirm. p. 11. postquam per novem numeros *Hamburgensium Concionatorum falsas doctrinas,* (uti ipse quidem fingit) notâsset, jam decimô locô id pro errore habet, quòd dicant; Der Vater ist nicht der Sohn/der Sohn ist nicht der Vater. Referunt etiam *Hamburgenses* im Quäker-Greuel Cap. I. p. 3. homines hujus sectæ in Colloquio cum ipsis habito dixisse; Der H. Geist sey Christus selber/ und Christus der Sohn sey auch der Vater. Es seyen nur drey Nahmen/ mit welchen eine Person bezeichnet werde.

Sabellio - Weigelianam Theologi Jenenses Loco ad Thesin citato, Append. Consil. Dedek. p. 39. a. b. seqq. satis superque confutârunt. Confer Theologorum Lübec. Hamb. & Luneb. Ausf. Bericht von den neuen Propheten. Motivô VIII. §. 518. seqq. pag. 276. seqq.

Affirmare contrà

Distinctionem realem Patris Filii & Spiritûs S. atque à sociis discedere videtur R. Barclajus in der Rettung der W. p. 11. scribens: Wir können wol sagen; daß der Vater nicht der Sohn ist/ noch der Sohn der Vater/ oder der H. Geist der Vater oder der Sohn/ und dennoch sind die drey eins. Und dieses ist mehr/ denn daß sie nach blosser Offenbahrung drey sind. Scilicet jam antè concesserat, Es komme dem Vater eigentlich zu/ zu Zeugen/ und dem Sohn gebohren zu seyn/ und dem H. Geist/ daß er ausgehe vom Vater und Sohn. Quia tamen personalem distinctionem nihilominùs negat; essentialem multò magis à se removet; sed neque accidentalem statuit; Ideò sanè non apparet, quomodo realem distinctionem integram relinquat. Et quamvis relationem inter Patrem & Filium; ac rursùs inter utrumque & Spiritum Sanctum, doceat: quia tamen relationem realem, si qua est inter gignentem & genitum, oportet esse inter personas; uti etiam inter personam quæ procedit, & personam à qua; aut personas à quibus procedit: ideò, negatâ personali distinctione, jam relationem rationis tantùm relinquit Barclajus.

Præiverunt

Hæretici suprà ad Thesin I. memorati, & ll.cc. videndi. De Noeto expressè *Augustinus* Cap. XXXVI. *Dicebat, Christum eundem ipsum esse Patrem & Spiritum Sanctum.* Sabellium autem, Noëti *discipulum, similitudinem sui doctoris itidem secutum esse,* ex *Philastrio* refert Cap. XLI. Val. Weigelii quoque hunc errorem ex Astrol. Theolog. lit. D. fac. 6. annotarunt Theologi *Jenenses,* daß GOtt ohne Creatur nicht sey Drehfaltig gewesen/ sondern in seiner blossen Ewigkeit ein unbegreifflicher Abgrund und

abyssus

abyssus tenebrarum der nicht zu benennen sey. Et SERVETUM *Arianismi Renovatorem* Lib. I. Dialog. de Trinit. lit. A. 4. idem docuisse monent. App. Conf. Dedek. p. 39. a.

Observatio.

Sabellianismi culpam removere à se & suis conatur *Barclajus*, quando in der Rettung der W. p. 9. scribit: Die Sabellianer sagen/der Unterscheid bestehe nur im Nahmen; Wir aber sagen nicht also. Et pag. 11. postquam docuisset, *Patrem non esse Filium, nec Filium esse Patrem; Spiritum S.* quoque nec *esse Patrem nec Filium*; addit, und dieses ist mehr/als daß sie nach blosser Offenbahrung Drey sind. Attamen neque hæc est omnium Sociorum sententia, sed fortè solius Barclaji recens εὕρημα; neque realem distinctionem satis arguit, aut Sabellianismum excludit. Constat enim etiam, *Marcellum Galatam*, cùm nollet accenseri *Patripassianis*, quos ea tempora vocabant; statuisse; *Patrem sese extendisse, & hanc ejus extensionem passam esse, quæ Filius dicebatur; Spiritum autem Sanctum esse extensionem extensionis prioris:* Vid. *Theodor.* Lib. II. Hæret. Fabb. Cap. penult. Quem tamen *Unionitis* aut *Monarchicis* non minùs quàm Sabellianos, annumeratum fuisse ostendit *Danæus* ad Aug. de Hæref. Cap. XLI. p. 201. Quamvis enim etiam à Marcello differre suam & suorum sententiam fortasse dixerit Barclajus, quando Apol. ad Thes. V. & VI. §. XIII. p. 82. 83. docet, *propriam essentiam & naturam Dei in se præcisè sumptam, non esse divisibilem in partes & mensuras* (neque adeò extensionis capacem) *cùm purissima & simplicissima sit, omnis compositionis & divisionis expers;* attamen & ipse ille περισσολογισμὸς *in se præcisè sumtæ* essentiæ, dubitandum relinquit; annon Barclajus statuat, essentiam Dei, licet non in se præcisè, aliô tamen quodam modo sumtam, esse extensam ac divisibilem? Nimirum & illud *substantiale Dei semen*, quod & *Verbum Dei*, & *Spiritum S.* & *Christum in nobis* appellant, hôc nomine suspectum est; annon, sicut ab anima nostra distinguitur, ita pro particula essentiæ divinæ, quasi decisâ, habeatur? De quo mox videndum erit. Certè sæpiùs optavi, ut super hac quæstione sollicitiùs interrogati atque adeò explorati fuissent Quakeri ab his, quibuscoram cum illis negotium fuerat: ut de mente hominum pleniùs posset constare.

CAPUT

CAPVT V.

De

CREATIONE ET STATU INTEGRITATIS HOMINUM.

QVAKERORVM Thesis I.

COllata est, ex sententia Quakerorum, primo homini in opere creationis, præter animam rationalem & corpus, etiam alia quædam realis & spiritualis substantia, quam intra se haberet, tanquam principium spiritualium operationum.

PROTESTANTIVM Antithesis I.

DUabus tantùm partibus substantialibus, Corpore & Anima, hominem ex beneficio creationis constare, constans est Nostratium sententia.

Nimirùm

Hoc est illud *lumen* & *semen*, *Spirituale*, *cœleste* & *invisibile principium*, cujus *mensuram aliquam unumquemque habere* dicunt: interprete *Barclajo* Apol. Thes. V. & VI. §. XIII. p. 82. 83. esse *realem & spiritualem substantiam, quam hominis anima sentire potest,*--- tanquam *internum & substantiale semen*. ibid. §. XIV. p. 84. quod non sit *pars aliqua humanæ naturæ*, aut *aliquod naturale*; quippe *ab hominis anima ejusque facultatibus non solùm differens quid, sed planè alienum & diversæ naturæ*. §. XVI. p. 87. quod Deus *dederit* homini, *ad gubernandum illum in rebus spiritualibus*; sicut *lumen rationis ad gubernandum illum in rebus naturalibus*. p. 88. Atque hoc semen

Vide

B. Gerhard. T. VIII. LL. §. 76. p. 127. ubi inter alia laudat illud Augustini in expos. Cantic. *Unus & idem Spiritus ad seipsum dicitur Spiritus, & ad corpus anima. Anima dicitur, in quantum est vita corporis. Spiritus verò in quantum est Substantia Spiritualis.* Conf. B. Balduin Comment. in I. ad Thess. Cap. V. Part. IV. Quæst. I. pag. 1187. a. b.

primo homini divinitùs implantatum, atque ejus vi hominem valdè bonum factum fuisse, pluribus docet J. N. in Liefde tot de verlorene Sect. I. p. 5. videlicet, uti verba l. c. inter alia se habent, *door dat geene, dat Godt in hem van hem selven gheplaetst hadde, de welcke in dien staet de Soone Goodts was, wiens zaet was in hem selven.*

Sequuntur & hîc

ENTHUSIASTAS antiquiores, quorum vulgaris cantilena est *de tribus partibus hominis: Corpore, Anima, Spiritu.* Extat ea in tractatu PARACELSI de Creat. Hom. p. 757. Nonnullos ex SCHWENCKFELDIANIS *tertiam partem* hominis, à corpore & anima distinctam, *Spiritum scilicet*, docuisse, testis est B. *Gerhardus* Loc. de Morte T. VIII. §. 76. p. m. 127. Certè FELGENHAUERUS im Vorhoff Cap. IX. pag. 135. Cap. XII. p. 181. 182. Im Heiligen Cap. V. p. 90. Im Allerheil. Cap. XI. p. 281. Spiegel/ Vorred. p. 13. seqq. Schlüssel Davids Num. 20. tres illas partes toties & prolixè proposuit, unam *elementarem*, alteram *angelicam*, tertiam *divinam* dicens. Taceo veteres HERACLEONITAS, Valentinianæ gentis surculum, qui similiter existimârunt, *præter corpus & animam tertium quiddam in homine reperiri*, quem & *spiritualem & interiorem* esse dixerunt *hominem, qui animâ ipsa corporeque magis intimus sit, ex superiori Pleromate derivatus, cum animali & materiali conjunctus*, tandem verò *in proprium sedem transferendus.* Vid. qui ista recenset & refutat *Epiphanius* L. I. T. III. Hæres. XVI. vel XXXVI. §. 2. 3. 4. p. m. 264. 266. edit. novæ Colon. 1682. Quibus accenseri etiam possent MANICHÆI, qui præter corpus, *animam duplicem* homini assignarunt; atque unam quidem *ex essentia Dei* oriundam: teste *Augustino* L. XV. contra Faustum c. V. alteram *ex gente tenebrarum:* juxta eund. lib. de duabus animabus contra Manich. cap. XII.

Observatio I.

Solent aliquando etiam Nostrates, præsertim occasione dicti Paulini 1. *Thess.* V. 23. Spiritum ab anima distinguere; non autem sensu Enthusiastico, ut doceant esse illum substantiam ab animâ rationali realiter distinctam & sublimiorem: sed vel facultatem intelligentem à sensitiva; vel qualitates supernaturales à naturalibus, distinguant. Substantiam autem peculiarem, quæ nec Deus sit, nec anima rationalis, spiritualis tamen, quæque intra hominem existat, ex vi primæ creationis ac de lege communi; non agnoscunt.

Obser-

Observatio II.

Differre videbuntur Quakeri ab illis, qui Spiritum ab anima distinctum, tamen *partem essentialem* hominis faciunt: uti & ab istis, qui eundem in regeneratione demùm accedere perhibuerunt. Siquidem Quakeri à natura atque adeò essentia humana eum diversum aut alienum, quippe supernaturale quiddam, statuunt: homini autem etiam primo à prima origine inextitisse contendunt. Manet tamen & dissensus à nostra doctrina, & consensus cum cæteris adversariis, quoad assertionem substantiæ alicujus, quæ sit homini interna, & principium actionum ejus, divinitùs datum, ab anima æque atque à corpore distinctum.

Observatio III.

Unde sit spiritus ille aut spiritualis substantia in nobis? non satis explicant Quakeri. Ex nihilo productum aut creatum, non dicunt. Ab essentia divina emanare, aut tanquam effluvia quædam, multos illos spiritus in multis hominibus extare: verbis expressis ab illis traditum non legi. Huc tamen denique redire sententiam eorum, magis magisque persuadeor. Quemadmodum *Schwenckfeldium* docuisse, *omnia dona spiritualia esse partes essentiæ Dei*; ex libro ejus de Evangelio, pridem observarunt, & *quinti erroris* loco notârunt *Theologi Mansfeldenses* super. seculi in Judicio suo, & ex iis B. *Schlüsselburg*. Catal. Hæret. Lib. X. p. 99. Conf. ibid. p. 222. 223. & pag. 249. Quod autem *Steven Crisp* in Triumph der Warheit p. 16. ad accusationem 16. *Alexandri Rossii*, (quòd Quakeri dicant, *animam esse particulam ex Deo*;) respondet, *nescivisse scriptorem, quid sit anima*; se autem credere, *quod Homo sit Dei creatura, quatenùs constat ex anima & corpore, & quod utraque creata sint ad glorificandum Deum.* &c. callidè profectò dictum est: quando spiritus ille ab anima distinctus statuitur, & sic anima quidem & corpus creata dicuntur; Spiritûs autem illius origo dissimulatur: quamvis *Rossius*, qui spiritum illum pro anima ipsa habuit; (eô modo, quô aliàs de anima, an sit *auræ divinæ particula*, aut Dei quædam portio? disputari solet:) omninò occasionem dederit, distinctiùs respondendi, ac doctrinæ in controversiam vocatæ rationem reddendi. Sed malunt fortasse hæc sacra sua sibi servare Quakeri.

STatum ipſum integritatis & in imagine Dei concreatas homini perfectiones intellectûs & voluntatis, unà cum immortalitate corporis non adeò clarè exponunt Quakeri, ut potiùs curioſis quæſtionibus accenſeant.

Sic

Apertè BARCLAJUS Apol. Theſ. IV. §. II. p. 54. *Curioſas illas notiones*, ait, *quas plerique docent, de ſtatu Adæ ante lapſum, prætereo. In hoc omnes conſentiunt, quòd lapſu magnam felicitatem amiſerit, non ſolùm in iis, quæ ad externum hominem ſpectant, ſed etiam reſpectu propinquæ illius, quam cum Deo habebat, communionis.* Nimirum ſatis illi eſt, cognoſcere confusè aliquam *felicitatem*, & in ea *communionem* quandam *propinquam cum Deo*. In his etiam acquieſcit THOMAS LAWSON Reſp. ad

ARticulum de Imagine Dei & ſtatu integritatis in homine, inter præcipuos habendum eſſe, nec tantùm utilem cognitu; ſed & neceſſarium eſſe, Noſtrates docent.

Videatur

Dn. D. SEB. Schmidt Tractat. de Imag. Dei, procem. p. 1. 2. 3. ubi oſtendit, quomodo *Hoc articulo rectè cognito atque intellecto rectè demùm intelligere & longe faciliùs poſſimus, quod Scriptura de extrema corruptione naturæ humanæ nobis tradit:* quomodo etiam, *ſi hoc in articulo erratum fuerit, fieri non poſſit, ut in aliis non erretur.* Add. B. RUNGII Diſp. Acad. VIII. Cap. I. §. VI. p. 2. B. MEISNERI Anthropol. Diſp. I.

Diſp. de Colluv. Quak. p. 21. 22. Longiùs quidem in his explicandis progreditur J. N. in libello *Liefde tot de Verloorene* Sect. I. p. 5. docens, *implantatam* fuiſſe primo homini à *Deo propriam ſuam ſapientiam & virtutem, per quam plenè inſtructus fuerit potentiâ & jure in opera manuum Dei, cognoſcens naturam & uſum cujuslibet creaturæ, per hoc, quòd Deus ei à ſe ipſo implantaverat, quippe qui fuerit in ſtatu filii Dei, cujus ſemen in ipſo* erat. Verba Belgica hæc ſunt: *In den beginne ſoo maeckte Godt alle dingen goedt, ſoo maeckte hy den Menſche oock, den welken hy toen maeckte in ſyn eygen Beeldt, ende plaetſte in hem ſyn eygen Wysheydt ende Kracht; waer door hy volmaecktelyck verſien was met Macht, ende Recht over de Werken van Godts handen, kennende de Natuur ende het gebruyck van yeder Schepſel, door dat geene dat Godt in hem*

van

van hem selven gheplaetst hadde, de welcke in deen staet de soone Godts was, wiens zaet was in hem selven. De *voluntatis* autem humanæ perfectione post paulò docet, *liberam* eam fuisse, *quantum ad Deum attinebat*, ac *sine peccato;* & *voluntatem Dei atque voluntatem hominis, unam fuisse, & sic in unione* (aut concordia) *cum omni creatura.* Belgicè scribit: *Welcken Wille, Godt angaende, vry was, ende sonder Sonde: ende den wille Godts, ende den wille des menschen was een, ende soo in eenigheyt met de geheele Scheppinge.* Atque hæc quidem nostræ sententiæ propiùs accedere videntur. Quia verò hæc privatô nomine scripta sunt; *Barclajus* publicô cœtûs nomine scripsit, inque *Catechismo* suo, æquè ac *William Schevven* in Glauben und Erfahrenheit/ siccô pede ista pertransiit, manent illa *curiosis quæstionibus* annumerata. Quòd si etiam expendamus, quæ de *semine* illo *divino* à Quakeris tradita, partim suprà vidimus; parim mox videbimus, facilè patebit, quantopere illi à nobis dissentiant.

Nimirum

Etiam veteres ENTHUSIASTÆ doctrinam de Imagine Dei & Justitia Originali vel inexplicatam prorsus reliquerunt, vel confusô quodam Sermone; certè non eâ, quâ par erat, sinceritate de illa disseruerunt: quemadmodum SCHWENCKFELDIUM, WEIGELIUM aliosque legentibus omninò constat. Ecce ex *Weigelii* hortis volucrem! Aus allen Geschöpffen ist Adam gezogen / und alle Geschöpffe liegen in Ihm / aus dem Firmament oder Gestirn ist sein Geist/ und daher hat Adam alle seine Kunst/ Handwerck/ Sprachen und alle thierische Weißheit in Ihm/ denn was im Firmament ist/ das ist auch im Menschen/ über daß hat der Mensch die ewige Seel/ durch das Einblasen von GOtt/ sammt dem H. Geist / derhalben liegt auch die ewige himmlische Weißheit in Ihm: Scribit ille in Güldengriff. Cap.I.p.7.8. Sic igitur sapientia primi hominis alia est ex substantia *astrali;* Inde est quidam Spiritûs hominis. Et ab hoc *spiritu* differt *anima*, per quam (nimirum per vim animæ essentialem;) & tamen simul per *Spiritum S.* itidem sapientia quædam est in homine; & *sapientia* quidem *æterna*, velut per *animam æternam*, unà cum *spiritu divinitùs inflatam.* Sed quomodo æternam? an, quod ab æterno extiterit in Deo? an extra Deum? an tantùm, quòd æternùm sit duratura? de eo nihil apparet. Sic enim solent Enthusiastæ explicare doctrinam, id est involvere.

THESIS III.

ATtamen haud dubiè per sapientiam primi hominis, intelligunt non tàm accidentalem quandam perfectionem, intellectui humano concreatam; quàm illam adeò jactatam lucem substantialem, homini primo collatum & inexistentem, quatenùs quidem ea non aliunde impedita, sed homini ad actus cognoscendi res divinas & creatas, actu causa fuerit.

ANTITHESIS III.

SApientiam primo homini non agnoscunt vi alicujus substantiæ, quæ illi inextiterit; sed per accidentales quasdam vires aut qualitatem intellectûs, collatam fuisse.

Hoc est sine dubio, quod

I. N. verbis ad §. præced. citatis, cùm sapientiam hominis in eo fundari dixisset, quòd is in statu filii Dei esset; addit: *Wiens zaet vvas in hem selven:* i. e. *cujus semen erat in ipso,* Scilicet hoc est illud *semen*, quod & *Lumen*, *Gratiam*, *verbum*, *Spiritum Dei*, vocat *Barclajus* Apol. ad Thes. V. & VI. § XIII. p. 82. & *William Caton*, Geist/ Wort/ Sohn/ Ebenbild/ die Hand/ den Finger/ die Weißheit/ den Willen/ das Liecht oder Gemüth GOttes. Schall der W. p. 25. Quod profectò non minùs ante lapsum, quàm post lapsum, in homine, fuisse agnoscunt, tantòque magis negant imaginem Dei in nobis, sive creatum olim, sive post lapsum quodammodo relictam, fuisse aliquid homini naturale.

Videantur

Qui contra *Flacium* & *Flacianos* scripserunt, aut doctrinam de Imagine Dei tractârunt, communiter. Neque enim tantùm id egerunt, ut negarent, imaginem divinam κατ' ἐξοχὴν sic dictam constitisse in ipsa essentia aut natura humana, idque impugnarent: Verùm eò prorsus contenderunt, quòd, licet in anima humana, non tamen vi alicujus substantiæ in homine aut anima ejus, sed vi accidentalis perfectionis, habuerit homo lucem illam aut sapientiam, atque adeò imaginem divinam. B. WIGAND. Manich. Renov. p. 153. seqq. B. SCHLÜSSELB. Catal. Hær. Lib. II. Argum. 16. p. 103. Arg. 93. 94. 115. p. 157. 158. 171. Dn. D. Schmidt Tract. cit. p. 281. seqq. inprimis p. 384. seqq.

Val. Weigelius, qui & ipse im Güldengriff/ Cap. XXV. p. 67. scribit: Das Wort ist die Weißheit GOttes im Menschen/ es ist NB. die Bildniß GOttes im Menschen/ es ist der Saame GOttes &c. Atque hoc etiam est, quod Cap. I. p. 8. dixerat, der Mensch hat die ewige Seel/ durch das Einblasen von GOtt/ sammt NB. den Heiligen Geist/ derohalben liegt auch die ewige himmlische Weißheit in Ihm. Possemus etiam addere, quod Matth. Flacius Libro, quem vocat γνῶθι σεαυτόν, fol. 36. *Lucem animæ* homini primo collatam fuisse *substantiam* quandam, docuit: & substantiam quidem hominis non tàm *physicè*, quàm *Theologicè* considerati: uti eum aliàs distinxisse novimus. Sed quod *Flacius* per lucem illam planè intellexerit id, quod Quakeri volunt, non æquè constat.

Thesis IV.

INde porrò, pro perfectione Voluntati concreata, quæ accidentalis erat, nobis substituunt eandem substantiam, tanquam ad actus bonos excitantem easque perficientem.

Antithesis IV.

SImiliter negant Nostri, collatam fuisse protoplastis substantiam quandam, quæ esset principium sanctarum actionum ex parte voluntatis: sed in perfectionibus accidentalibus huic atque appetitui sensitivo superadditis acquiescuut.

Scilicet

Hæc est illa *virtus Dei propria*, quam *Deus primi hominis implantâsse* dicitur à J. N. loc. cit. Hoc illud *semen* bonum, quod idem & Barclajus l. c. prædicant: *quod ex natura sua omnes ad bonum invitat & inclinat*. p. 83. *principium divinum*, quô homo *gubernabatur in spiritualibus*: de quo idem Apol. ad Th. V. VI. §. XVI. p. 87. 88. Die Hand/ der Finger/ der Wille GOttes; juxta W. Caton. l. c.

Videantur

Scriptores ad Antithesin præcedentem citati: nominatim Schlüsselburgius L. II. Catal. Hæret. p. 171. §. 115. ubi respondet ad Flacianum argumentum, quod *semen Dei* sit aliquid substantiale.

Prævit

VAL. WEIGELIUS, Gülden griff / Cap. XXV. p. 67. ubi, quam priùs imaginem Dei dixit, statim appellat den Finger GOttes im Menschen / den Saamen GOttes / das Gesetz GOttes &c. Cui fortasse iterum jungi posset MATTH. FLACIUS, quatenùs & is dixit, *Semen Dei*, quod & *imago Dei* sit, esse *substantiam*: vid. *Schlüsselb.* Cat. Hæret. L. II. arg. 115. p. 171. sed quousque cum eo Barclajus aut Weigelius conveniant, jam non licet disquirere.

CAPUT VI.

De

PECCATO PRIMI HOMINIS ET STATU CORRUPTIONIS HUMANÆ.

QUAKERORUM

THESIS I.

EX lapsu Adami, equidem non ipsum tantùm, sed & omnes posteros corruptionem quandam contraxisse agnoscunt; non tamen ideò *peccatum originale*, quod culpæ aut pœnæ aut utriusque rationem habeat; sed *peccati semen* duntaxat admittunt.

PROTESTANTIUM

ANTITHESIS I.

ECclesiæ magno consensu apud nos *docent*, *quod post lapsum Adæ omnes homines secundùm naturam propagati nascantur cum peccato. ---- quodque hic morbus seu vitium Originis verè sit peccatum.*

Ita

BARCLAJUS Thesin IV. suam orditur: *Tota posteritas Adamica, sive gens humana, cùm Judæi, tùm Ethnici, quoad primum Adam, seu hominem terrestrem, lapsa, degenerata, & mortua est, --- deprivata sensu vel*

Verba sunt

AUGUSTANÆ CONFESSIONIS Artic. II. quibus respondent quæ in APOLOGIA ejus ad artic. eund. p. 57. inque SOLIDA DECL. FORM. CONCORD. artic. I. p. m. 640. prolixius traduntur. Quòd autem ejus-

tactu

tactu interni testimonii & Seminis Dei, & subjecta est potentiæ naturæ & Seminis Satanæ, quod ille sevit in cordibus hominum, dum in naturali & corrupto statu permanent: unde fit, quòd non solùm dicta & facta, sed & omnes imaginationes eorum mala sint perpetuò in conspectu Dei, utpote à depravato hoc & maligno semine provenientes. Quibus respondent, quæ in Apologia theseos quartæ, p. 60. habentur: *Quod Adamus sit persona publica, non nego, & quòd per illum semen peccati ad omnes homines propagatum sit, quod ex naturâ suâ inquinatum sit, & homines ad iniquitatem inclinet*: & quæ sub finem ejus, p. 62. leguntur: *Confitemur igitur semen peccati ab Adamo ad omnes homines transmitti, in quo semine in omnibus occasionem peccandi præbuit, & origo omnium malarum actionum & cogitationum in cordibus hominum est.* Similiter STEPH CRISP. im Klang des Allarms p. 9. Daß der Mensch in seinem natürlichen Stande solcher Gestalt mit der Sünde vereiniget sey / daß er dadurch von Gott abgeschieden ist / das gebe ich zu: wie ingleichen / daß eine natürliche Zuneigung bey dem Menschen sey zu sündigen / das ist auch wahr / verstehe / so lang sie bleiben in ihrem natürlichen Stande und Condition. Et EDOUARD BOURROUGH Standaert. C. XIX. docet, *Statum hominis in primo Adamo*, atque adeò *in prævaricatione esse statum plenæ inimicitiæ adversus Deum*; ipsum quoque *obsessum esse cæcitate & ignorantia & incredulitate*, & *esse prorsus imperfectum ad accipiendum res regni Dei, aut quicquam agendum coram Deo, quod gratum sit &c.* quod & pluribus, belgico quidem sermone, exponit. Hanc tamen quantamcunque corruptionem & defectus negant habere rationem peccati in homine, aut à Deo censeri esse peccatum, quod hominem reum agat, nisi cùm homo, propriô rationis abusu intercedente, seminis illius fructus ediderit, aut juxta inclinationes illas actu secundo volens peccaverit. *Non tamen hoc semen infantibus imputatur, nisi quando actualiter ei sese peccando conjungant*: ait BARCLAJUS th. cit. p. 53. idque repetit in Apol. §. I. p. 54. §. IV. p. 59. §. V. p. 62. ubi tandem monet, uti se nomine *seminis peccati*, aliisque nominibus, v. g. *mortis*, *corporis mortiferi*, *hominis veteris*, *veteris Adami*; *non* autem *originalis peccati*: quam

I phrasin,

In the right column, beside the above:

dem sententiæ etiam reliqui nostrarum Ecclesiarum Doctores hactenus fuerint, scripta eorum passim testantur. Est nimirum, uti Apol. A. C. I. c. p. 56. scripsit, *necessaria cognitio peccati originis. Neque enim potest intelligi magnitudo gratiæ Christi, nisi morbis nostris cognitis.*

phrasin, tanquam *inscripturalem barbarismum*, quòd *imputatio peccati infantibus* facta, *inter Christianos intrusa sit*, rejicit. Confer WILL. CATON Beschirm. der Unschuld. pag. 6. & Schall der Warheit. p. 10. ubi, concessis licet *carnalibus concupiscentiis aut cupiditatibus, pravisque inclinationibus, quæ cor hominis occupaverint per lapsum Adami*, negat tamen *Peccatum Originale*, tanquam in Scripturis *non enunciatum*.

Habent Quakeri

Præeuntes PELAGIANOS, quorum itidem sententia fuit, *Neminem cum peccato nasci, & Deum reos non posse judicare nascentes. Naturam generantium germina communicare, non culpam: Filios, in quantum filii sunt, id est, antequam aliquid per voluntatem propriam operantur, reos esse non posse*: juxta verba *Juliani* Pelagiani apud Augustinum Operis Imperfecti contra Julianum L. II. p. 225. & 249. citante *G. J. Vossio* L. II. Hist. Pelag. P. II. Th. I. p. 182. 183. conf. p. 186. Idem error superiore seculo placuit ANABAPTISTIS: de quibus breviter *Phil. Mel.* in Exam. de Bapt. Tom. IV Opp. fol. 321. *Omnes Anabaptistæ fingunt, nullum esse Peccatum Originis.* Et certum est, his non minùs, quam Pelagianis, oppositam fuisse à Nostratibus antithesin artiç. II. August. Confess. Habemus etiam ipsos Anabaptistas eam, cujus rei arguuntur, sententiam confitentes, in Protocollo Colloq. Franckenthal. Art. IV. Act. XI. p. 221. seqq. num. 23. seqq & Act. XII. p. 232. n. 2. 5. ubi *Rauffius* suo & suorum nomine expressè enunciat, esse quidem in hominibus ex Adamo ortis *inclinationem* aut *concupiscentiam* pravam (Neigung oder Lust) *non* autem illicò & *in infantibus* esse *peccatum*, neq; adeò *peccatum originis*: quod etiam ll cc. prolixè propugnatum legimus. Et quanquam, divisis in varias sectas Anabaptistis, *Hütteriani* aut *Merckerlandi*, *Thomas* quoque *Trucker* (aliàs *Thomas Imbruch*) referente Datheno Collocutore, ibidem p. 235. n. 17. & p. 237. n. 19. peccatum originale seu connatum agnovisse visi fuerint; prout etiam *Claus Felbinger* in Apologia, quam edidit sub titulo Rechenschafft des Glaubens / idem confessus est; vid. *J. H. Ottius* Annal. Anab. ad A. 1560. §. 4. p. 135. videntur tamen in eo consentire cum reliquis, quòd connata illa prava concupiscentia non imputetur infantibus actu ad reatum damnationis æternæ, licet fortasse sit causa mortis temporalis eorundem. Atqui & Barclajum vidimus agnoscere, quòd

semen

semen illud connatum sit aliquid *ex natura sua inquinatum*; non autem facere aut denominare infantes peccatores, iræ & damnationis reos. Itaque Anabaptistarum sectatores Quakeros facilè agnoscimus. Imò verò & SOCINIANORUM: quando *Socinus* ipse Prælect. cap. IV. prolixè id agit, ut *neget Peccatum Originale* ab Adamo propagatum; ac disputat, *nullò modò videri dici posse, in homine, dum nascitur, ullam sive culpam sive pœnam locum habere posse.* Nec ignota sunt dicteria *Smalcii*, qui peccatum originis *meram fabulam, anilem fabulam, fictitium dogma* appellavit. Disp. II. cont. Franz. fol. 46. & 421. Homil. III. in Joh. fol. 33. Ecce autem & in ipso PAPATU hujus erroris vestigia! Nam & *Guilielmus Parisiensis* docuit, *peccati* quidem *nomen atque rationem verè atque propriè originali vitio convenire; culpæ tamen vocabulum minimè quadrare, quia sine suscipientis voluntate culpam nequaquam* putavit *existere.* Lib. de vitiis & pecc. cap. VII. Ubi apparet, in verbis solùm, seu de usu vocabulorum *peccati* & *culpæ*; non in re ipsa, dissensum esse inter hunc & illos. Notandum autem est, quod *Andradius* monuit, scriptorem istum etiam *à se & Patribus Tridentinis minimum videri dissidere.* Defens. Conc. Trid. L. V. p. 431. Aliàs autem constat, quod *Gregorius de Valentia* T. II. disp. VI. Q. XII. P. I. p. 751. seqq. *Georgius de Rhodes* T. I. Tract. IV. disp. IV. Q. I. Sect. II. §. 1. p. 441. & *Balth. Hagerus* Collat. Aug. Conf. cum Conc. Trid. art. II. negarunt, Concupiscentiam sive propensionem facultatum ad prava, esse peccatum, aut esse peccatum originale, aut pertinere ad hujus essentiam: imò *G. de Rhodes* adeò audax est, ut affirmet, sic *censere & censere omninò debere orthodoxos* (Pontificios) *omnes Theologos post Tridentini definitionem. Sess. 5. can. 5.*

Observatio.

Diximus, Quakeros fuisse Pelagianorum, Socinianorum & Pontificiorum in hoc errore sectatores: licet *Barclajus* l. c. pag. 54. à *Pelagianis, Semi Pelagianis, Socinianis,* & *Pontificiorum* multis, suam de statu hominis in lapsu doctrinam distinguat, seque à Deo veritatis per Spiritum suum sic esse edoctum prædicat, qui errores illos fugere & enervare nôrit. Nimirum de incapacitate hominis naturali ad res divinas operandas loquitur; de qua hîc nobis quæstio non est. Fatemur etiam, in hoc esse discrimen, quòd cùm Pelagiani veteres statuerent, in ea unum-

 quem-

quemque procreari perfectione, in qua Adam fuit ante lapsum; (quod & Sociniani ferè admittunt;) Quakeri nostri ex adverso id negent. Attamen manet omninò istius erroris communio inter hos & omnes illos, quòd *natura humana in exordiis nascentium sit innocentiæ dono locuples*; uti *Julianus* loquebatur apud August. Lib. III. contra Julian. cap. IV. T. VII. Opp. p. m. 388. D. r. & p. 389. A. 2. aut, quòd *infantes non sint noxii peccati*: ut *Barclajus* loquitur p. 60. §. V. Nam & argumentorum hujus cum argumentis illorum conformitas conferenti haud difficulter apparet.

Thesis II.

Illud autem *Peccati semen*, quod ad omnes propagatum sit, juxta ipsos, *substantia* quædam est, à Diabolo primis parentibus insinuata, ac porrò cum natura humana ad posteros Adami translata.

Equidem

R. Barclajus abstinet ab appellatione substantiæ, cùm de *semine* illo *maligno ac depravato* agit, quod *Satanas severit in cordibus hominum, à quo dicta & facta, & omnes imaginationes eorum male proveniant*; ita ut *cogitationes eorundem de Deo omnes inutiles* sint, *donec ipsi à pravo illo semine dis-*

Antithesis II.

Credimus docemus & confitemur, quòd sit aliquod discrimen inter ipsam hominis Naturam, non tantùm quemadmodum initiò à Deo purus & sanctus & absque peccato homo conditus est, verùm etiam, qualem jam post lapsum naturam illam habemus; discrimen, inquam, inter ipsam Naturam, quæ etiam post lapsum est, permanetque Dei creatura, & inter Peccatum Originis.

Verba sunt

Formulæ Concordiæ Art. I. P. aff. n. I. p. 573. *Contra autem rejicimus falsum dogma Manichæorum, cùm docetur, Peccatum Originis, tanquam quoddam essentiale atque substantiale, à Satana in Naturam esse infusum, & cum eadem permixtum, quemadmodum venenum & vinum misceri*

juncti

junctis fuit. Th. IV. p. 53. Neque etiam apud locos ad th. præced. citatos, aliisque, qui in hanc materiam incidunt, voces ejusmodi apparent, quibus error ille penitùs exprimatur. Attamen sententiam ipsam in Quakeris jampridem observavit *Johannes de la Badie*, cum sua dogmata ab illorum opinionibus distinguere laboraret. Vid. ejus Exam. & Confut. Quakerismi Num. V. §. 3. p. 193. *Quantum*, ait, *ex eorum verbis assequi possumus, videntur certum quoddam, reale ac positivum peccati Principium statuere, cui Tenebrarum nomen indunt; quodque à Deo, à creatura, & ab ipso quoque Satana distinctum esse dicunt. Existimantes, idipsum in omnibus hominibus existere, & principium activum omnium, quæ committuntur, peccatorum esse.* Et sanè, si Barclaji dicta attentiùs scrutemur, magis magisque constabit, quòd is cum grege suorum statuat, dari post lapsum, & ex vi lapsus, rem aliquam positivam in homine, Lumini illi aut semini bono, (quod principium sit, uti veræ cognitionis rerum divinarum, seu fidei, sic actionum quarumvis sanctarum) adversum; quod illius boni seminis motus & actiones hinc proventuras impediat, ad actus autem contrarios inclinet aut stimulet. Sic enim profectò in Apol. Thes. V. & VI. §. XIV. pag. 84. 85. de utroque *seminis, peccati* & *justitiæ* disserit, ut sub idem genus collocare prorsus videatur, quemadmodum utrique *fermentationem* subjecti tribuit, bonum autem illud & sanctum semen esse *realem* & *spiritualem substantiam*, expressè docet. Atque ita intelligi possunt verba Apologiæ Thes. IV. pag. 56. quæ, cùm de corruptione hominum post lapsum ex Rom. III. v. 10. disputaret, subjicit: *Quid magis positivum dici potest?* Imò si scriptorem libelli belgici, *Liefde tot de Verloorene*, qui *James Naylor* putatur, literas certè nominis initiales *J. N.* præ se fert, audiamus, eò is abit, ut etiam exponat, *unde* & *quomodo* semen illud malum in hominem delatum fuerit. Scilicet *in arbore scientiæ boni & mali*, quæ suo quidem locô bona, non autem ad vescendum homini salubris, neque adeò concessa fuerit, *insitam* fuisse *mortem* i. e. ipsum illud malum semen: (nempè uti *Barclajus* ad Th. IV. p. 62. semen malum dicit *mortem* aut *corpus mortiferum*:) Itaq; Deum quidem monuisse hominem, ut abstineret, tanquam à *re, in qua*

tur: Juxta verba ejusdem P. Neg. num. VII. pag. 576. Conf. Decl. Sol. pag. 619. seqq. 643. 652. Addantur Commentatores, *L. Hutterus, P. Piscator, Sal. Gesnerus* & Carpzovii Continuator, *J. Olearius* ad h. l. F. C.

 mors

mors plantata erat, *prout in altera*, (arbore quæ dicebatur vitæ) vita plantata fuerit: sed cùm *homo eò respiceret*, *ubi* Satanas *regnabat*, *qui non steterat in veritate*, sic eum, comedendo id, *quô vesci contra voluntatem Dei erat*, *conjunxisse se ei*, *quod adversum erat*, *in quo infirmitas erat*, & *mors*, *tenebræ atque cæcitas*, *circa ea quæ sunt Dei*. Quæ non obscurè eò tendunt, quasi vel in ipso fructu arboris vetitæ spiritualis quædam substantia, prava & Satanica latuerit, quam homo vescendo ad se traxerit, vel certè unà cum fructu prohibito Satanas substantiale quiddam, sibi homogeneum, homini insinuaverit; quodque intùs receptum mentem ipsam infecerit, ad bona ineptam reddens, uti ad mala proclivem. Discursus Belgicus prolixior est, quàm ut huc transscribendus videretur: summam tamen, juxta verba auctoris, latinè expressimus.

Sic autem

Apparent vestigia veteris Manichæismi. Statuebant enim MANICHÆI, teste *Augustinô*, errorum illorum, si quis alius, maximè gnaro, *Carnalem concupiscentiam, quâ caro concupiscit adversùs Spiritum, substantiam esse contrariam*, *aut substantiam gentis adversæ*, *hominibus mixtam*, *non Dei*, *sed malæ mentis opificium*. *Et quando caro concupiscit adversùs Spiritum*, & *Spiritus adversus carnem*; esse *conflictum* hunc *duarum mentium* substantiarum illarum, *bonæ atque malæ*. L. de Hæres. ad QuodvultD. cap. XLVI. p. m. 225. ubi adde *Lamb. Danæum* in Notis, pag. 232. edit. Helmst. Sed & MESSALIANI, Enthusiastæ veteres, de purgatione animarum talia habuisse somnia leguntur, ut substantiam quandam, malarum actionum principium, hominibus inesse, indeque ejici debere supponerent. Vid. *August.* l. c. cap. 57. pag. 280. *Theodoret.* Lib. IV. cap. XI. Transiit etiam hic error ad MUHAMMEDANOS, qui singulis hominibus *atram guttam* inesse, ceu *semen* aliquod *Diaboli*, quo homines vexentur, credunt. Vid. *Hornb.* Summ. Controv. Lib. III. de Muhammed. p. m. 73. De FLACIANIS constat, quòd Manichæorum errorem, quamvis incrustatum nonnihil, in lucem reduxerint, & quod præceptor Flacius per imprudentiam asserere cœperat, mox, cùm retractare nollet, jam dissimulare, jam mollire & quomodocunque defendere nitebatur; ipsi multò crassiùs enunciaverint & audaciùs propugnaverint. Vid. *Wigandus* & ex eo *Schlüsselburgius* de secta

cta Manichæorum Lib. II. Catal. Hæret. Ubi etiam inter argumenta Flacianorum notandum est illud, quod num. 115. pag. 171. legitur: *Semen Dei est imago Dei, & novus homo, qui est substantia. Ergo & semen Diaboli & imago Sathanæ in impiis est substantia*: cui Barclaji dicta superiùs citata valdè congruunt. Flacianorum vestigia WEIGELIANOS etiam esse secutos, ostendit *M. Andreas Merckius* in Weigelianismo, Artic. von der Erb-Sünde. Et vulgò notatur discursus ipsius *Weigelii*, Güldengriff/ Cap. XVII. p. 5. ubi docet, Peccatum originis dici posse & *accidens* & *substantiam*: *illud* quidem, quod homini acciderit, seu contingenter i. e. non ex necessitate primæ conditionis competat; sed ex abusu voluntatis: *substantiam* autem esse, si consideretur, quomodo *totus homo* per peccatum *substantialiter* sit corruptus. Verba etiam videri possunt apud *B. Gerhard.* Dispp. Acad. P. III. Disp. I. §. 34. pag. 837.

Observatio.

Non dicimus, omnimodam esse convenientiam Muhamedani Manichæi & Quakerorum erroris; uti nec inter Manichæos & Messalianos, aut inter hos illosve & Flacianos plena conformitas aut identitas erroris est. Quamvis ergò fortassè mali seminis in hominibus originem à summo quodam principio malo, à se removerint Quakeri; non tamen à commercio cum antiquis illis erroribus immunes habendi sunt, quoad usque malum illud semen, quod inde à nativitate atque adeò origine nostra in nobis est, pro reali & positiva substantia habent: licet etiam hoc termino non utantur, modò sententia talis sit, uti est, quæ termino illô in Scholis sit exprimenda. Nec de nihilo est, quod Nostratium quidam hactenus observarunt, Barclajum, cùm Pelagianos, Socinianos, Pontificios & Protestantes, in hoc puncto de peccato refutasset, non æquè Manichæos rejecisse; quorum videlicet doctrinam amplexus erat potiùs, quàm ut odisset.

THESIS III.	ANTITHESIS III.
INterim, non obstante illo malô semine in hominibus	PEr lapsum Adami & hinc contractam corruptionem

post

post lapsum, *juxta eosdem* etiam bonum semen, principium activum sanctarum actionum, in illis superest, impeditum quidem hactenus, ne in motus aut actus spirituales se exerat, donec novâ operatione Dei excitetur; non tamen sublatum ab homine aut exclusum, sed reverà inexistens, antequam is regeneretur & convertatur.

Huc pertinet,

Quod Barclajus ipsâ thesi IV. noluit dicere, *posteritatem Adami seu gentem humanam* perdidisse bonum illud semen, seu lumen internum spirituale; sed dicit, *deprivatam esse sensu vel tactu interni hujus testimonii & seminis Dei.* Itaq; actus quidem sanctos omnes denegat hominibus in statu naturali post lapsum: non autem donum illud, quod sit principium actuum: Inhiberi hoc, non abesse; latere semen bonum, nec fructificare hactenùs; potentiam tamen faciendi fructum in homine retineri statuit.

Ita ante illum

Semipelagiani recentiores *non solùm actus, sed potentia seu dona efficiendi timorem & fiduciam erga Deum,* simpliciter atque adeò prorsus, *adempta sunt propagatis secundùm carnalem naturam.*

Videantur verba adducta

In Apol. Aug. Conf. Art. II. p. 51. conf. p. 53. 54. Add. F. Conc. Sol. Decl. pag. 640. ubi dicitur, *Peccatum Originis* esse *per omnia totalem carentiam, defectum seu privationem concreatæ in Paradiso justitiæ originalis, seu imaginis Dei, ad quam homo initiò, in veritate, sanctitate, atque justitia creatus fuerat &c.* Credunt autem, quòd *Spiritus S.* demùm *in conversione in nobis inchoet novas vires & dona illa*, unde actus & motus nostri sancti proficiscantur. Ibid. Art. II. de Lib. Arb. p. 674. reprobatur ex adverso, & rejicitur, inter alios errores, etiam hic; quòd *originale peccatum non sit defectus, spoliatio aut privatio, sed tantùmmodò externum quoddam impedimentum spiritualium bonarum virium, perinde ac si magnes allii succô illinitur, ubi nō tollitur vis ipsius naturalis, sed tantummodò impeditur.* Sol. decl. art. I. p. 642. n. VI.

res

res, seu SYNERGISTÆ, docuerunt, Corruptionem nostram ex lapsu, esse, veluti *allium in magnete, quô impediatur, ne ferrum attrahere possit, sed eô remoto, magnetem iterum vim suam exercere* Vid. *C. Schlüsselb* Lib. V Catal. Hæret. pag. 156. Ex Enthusiastis autem satis apertè VAL. WEIGELIUS in Philosophia Theologica cap. VI. pag. 203. Etliche halten dafür/ daß nach dem Fall nur Böses in den Menschen seye und kein Gutes. —Ist— unrecht— denn auch nach dem Fall trägt die Natur beedes in Ihr. Quod autem Weigelius l. c. simul affirmat, etiam ante lapsum in homine malum æquè ac bonum fuisse, studio hîc prætermisimus: neque enim ad præsens pertinet.

Observatio.

Equidem à Synergistis illud dictum est in respectu ad vires hominis naturales, quæ aliquid possint in spiritualibus, modò removeatur impedimentum: Quakeri autem negant, vires naturales quicquam posse in spiritualibus, ac supernaturale dicunt semen illud bonum, quod sit principium sanctarum actionum, hactenùs autem impediatur per accedens semen malum. Attamen communis error est, quòd cùm Scriptura homini post lapsum, ante regenerationem seu conversionem, vires omnes aut potentiam omnem efficiendi actus spiritualiter bonos deneget; ipsi tamen vires aliquas, aut principium aliquod activum, in ipso reliquum, affirmant. Et certum est, Quakeros id, quod reverà naturale est, ipsumque naturæ lumen, post lapsum quodammodò superstes, pro Lumine aut Semine supernaturali venditare, adeoque viribus naturalibus reverà adscribere inhibitionem illam potiùs, quàm incapacitatem efficiendi spiritualia: quod & aliàs adversùs ipsos ostendimus.

THESIS IV.

DEnique, prava concupiscentia, per lapsum contracta, nón ita inhæret hominibus, (*ex ipsorum doctrinâ*) ut per totam hanc vitam perseveret

ANTITHESIS IV.

COncupiscentia prava non nisi per mortem demùm plenè tollitur: interim verò in hac vita etiam in actus peccaminosos se exerit.

veret: ac potiùs ab aliquibus prorsùs tollitur, in aliis eousq; supprimitur, ut peccata actualia nulla ampliùs in hac vita inde oriantur.

Ita

BARCLAJUS, quod Th. IV. p. 53. obscurius indicaverat, cùm *disjunctionem* hominis *à pravo illo semine* in hac vita polliceretur, Thesi octava pag. 151. paulò clariùs exponit, dicens, *corpus peccati* non tantùm *crucifigi in his*, sed & *amoveri* ab eis, *in quibus sancta & immaculata genitura plenè producta est*; ita *ut nullis Diaboli suggestionibus & tentationibus pareant, & liberentur ab actuali peccato*. Quod deinde in Apologia prolixè confirmat ac defendit. Inter alia §. VII p. 158 disputat, quod, cùm *peccatum* & *justitia* sint *duo principia opposita*; *homines* autem *vel hoc vel illo fermententur*; negari non debeat, *posse aliquem ita altero* (justitiâ) *fermentari, ut ab altero liberetur*. Intelligit autem liberationem ejusmodi, quâ fiat, ut *justitiam agere ita sit naturale animæ regeneratæ, ut in istius stabilitate peccare non possit*. Aliàs autem §. IX. pag. 162. scribit, *semen peccati in iis aliquando* (noluit dicere, *semper*; neque *in omnibus*; sed tantùm, *aliquando*) *remanere, qui ab actualiter*

Ita

LUTHERUM cum *Augustino* docuisse testatur, & sequitur ac defendit APOLOGIA A.C. Artic. II. pag. 56. 57. quod *Lex illa, quæ est in membris* i.e. concupiscentia prava, quamvis *remissa sit regeneratione spirituali, maneat* tamen *in carne mortali, & operetur desideria, contra quæ dimicant fideles*: nec esse ἀδιάφορον, sed verè *peccatum*. Sic etiam in CATECH. MAJ. explic. Artic. III. Symb. Apost. p. 500. scribitur: *Quanquam Dei gratia per Christum impetrata est, & sanctificatio per Spiritum sanctum facta, per verbum divinum in unitate Ecclesiæ: nunquam tamen nos à peccatis sumus vacui, & hoc carnis nostra gratiâ, quam adhuc adhærentem humeris nostris circumferimus*. Et p. 501. *Jam tantùm ex dimidio puri ac sancti sumus, ut Spiritus sanctus subinde habeat, quod divini verbi prædicatione in nobis eluat ac purificet*. Quibus consona sunt, quæ sub finem explicationis præcepti IX. & X. dicebantur. p. 468. Confer. F. C. art. I. P. affirm. num. ult. p. 575. ubi generaliter pronunciatur; *separatio*

peccan-

peccando redimuntur. Unde utrumque eorum manifestum est, quæ in Thesi præsente diximus, statuere Quakeros peccati, seu mali seminis, in aliquibus abolitionem omnimodam; in aliis sterilitatem *nem corruptionis naturæ* nostræ *ab ipsa natura per mortem* demùm *futuram* esse. Quibus respondent, quæ habentur in Sol. Decl. p. 641. §. *Hoc hæreditarium &c.*

perpetuam. Non minùs operosus est STEPHANUS CRISP in Postscripto libelli, Klang des Allarms pag. 28. ad 32. seqq. in impugnanda sententia communiter recepta, *quòd non possimus vivere absque peccato*, Wir können nicht ohne Sünde leben / noch nimmermehr von derselben erlöset oder frey gemacht werden / so lange wir in dieser Welt leben &c. quanquam jam antè in scripto præmisso pag. 10. 11. 12. adversùs eandem disputaverit. Quæ ex scriptis *W. Catonis*, *E. Bourrough*, *J. Parnelii*, & *R. Barclaji* Rettung der Warheit / huc adjici poterant, consultò prætermus, quia de perfectione renatorum, peccata omnia excludente, infrà in L. de Renov. & Sanctificatione pleniùs nobis agendum erit.

Antecessores autem

Quakerorum in errore illo de connatæ corruptionis plena sublatione, quæ in hac vita contingat; inprimis nominandi veniunt MESSALIANI seu EUCHITÆ, veteres illi Enthusiastæ, quos *Hieronymus* in procemio dialogorum ad Pelagianos, Tom. II. Opp. p. 268. a. asseruisse refert, *se ne cogitatione quidem & ignorantia, cùm ad consummationis culmen ascenderint, posse peccare*; scilicet factâ purgatione animarum, & ingressô in se sancto Spiritu. Cæterùm ejusdem erroris, de immunitate quorundam hominum ab omni peccato, socios plures l. c. commemorat, *Manichæum*, *Priscillianum*, *Evagrium* Hyperboritam, *Jovinianum*, atque horum sectatores: quamvis aliàs inter se hypothesibus suis differant. Certum est, Manichæos *Electis* suis, quos ab *Auditoribus* distinguunt, felicitatem illam *purgationis boni à malo ac liberationis* plenæ attribuisse, qui sic *careant omni peccato*, ut, *ne si velint quidem, possint peccare*. Certum etiam est, Priscillianistas è Manichæorum lacunis sua dogmata pleraque hausisse. *Evagrius* etiam hyperborita, vulgò Ponticus appellatus, Origenis discipulus, librum edidit & sententias περὶ ἀπαθείας, i. e. de *impassibilitate* aut *imperturbatione*, *quando nunquam animus*

sive ullo perturbationis vitio commovetur: uti Hieronymus ipse docet Lib. adversus Pelagium ad Ctesiphontem T. III. Opp. p. m. 264. b. Joviniano præter Hieronymum etiam Augustinus hanc sententiam tribuit, quòd statuerit, *non posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto*; de Hæres. Cap. LXXXII. p. m. 351. Quod si altiùs ascendere velimus, GNOSTICOS quoque & SIMONIANOS denique ipsos puritatem ab omni peccato sibi adscribentes huc referre liceret: prout etiam collaterales prioribus aut ætate proximi, PELAGIANI hìc nominari potuissent, qui tamen corruptionem ex lapsu natam planè negant. Verùm ista hactenùs sufficere videntur. Propiùs enim ad hæc tempora spectant, qui superiora seculô prodierunt, ANABAPTISTÆ, statuentes & ipsi, *Radicem peccati à renatis & credentibus in Christum esse ablatam*, ita ut *non habeant in se ullum peccatum*: quemadmodum testatur *Justus Men ue* qui ipsos audivit, in Libro *contra consanguineos*, apud *C. Schlüsselburg.* Catal. Hær. Lib. XII. pag. 352. Certè *Felix Manzius*, qui cum aliis apud Helveticos turbas dedit, per testes convictus est, docuisse, *omnes rebaptizatos sine peccato vivere.* Vid. *J. H. Ottius* Ann. Anab. ad A. 1525. §. 16. p. 31. 32. Licet enim hoc Quakeri non omnibus renatis commune esse dicant, sed ad paucos restringant; attamen hoc ipsum erroneum est, eosque in tantum similes illis reddit. Denique & SOCINIANI docuerunt, dari homines, qui planè non peccent: nempe quia cum Pelagianis vitium originale negant: Itaque obiter tantùm nominandi fuerunt.

Observatio.

Fingunt interdum Quakeri, statuere Nostrates, quòd peccatum illud connatum, seu prava concupiscentia, ita adhæreat homini per totam vitam, ut ne per potentiam Dei quidem citiùs tolli ab eo possit, ac Deo ipsi necesse sit, priùs occidere hominem, quàm purgare à peccato queat. Vid. *Steph. Crisp.* Klang des Allarms / pag. 10. seqq. aut quasi juxta Nostram sententiam, vitium illud adeò validum & efficax sit, ut, non obstante regeneratione, in peccata contra conscientiam, gravia & enormia, quotidiè erumpat, aut talia committere necesse sit. Vid. idem l. c. & in postscripto pag. 28. seqq. Verùm utrinque nobis injuriam faciunt, qui non dicimus, Deo id esse impossibile, sed Deum nolle

nolle peccatum illud radicitùs tollere in hac vitâ, etsi posset; velle autem materiam humilitatis & solicitudinis, atque adeò pœnitentiæ quotidianæ ac perpetuæ, in hac vita relinqvere: (quamvis & hoc ludibrio habeant Quakeri; quod aliàs videbimus) neq; etiam ignoramus aut negligimus distinctionem Johanneam, inter habere peccatum & facere; credimus autem, homines ita habere peccatum, ut pravam concupiscentiam, licet diminutam, superstitem tamen, neque omninò sterilem in se habeant, ejusque motus in se experiantur, licet desideria carnis deliberatè aut cum impetu non perficiant. Latet autem hîc simul alius error Quakerorum, quem nunc statim considerabimus.

THESIS V.

MOtus actusque indeliberatos, qui in hominibus oriuntur, & contra voluntatem Dei atque officia hominum fiunt, *Quakeris* non sunt peccata.

Nimirum

Ea demùm credunt peccata esse, quæ sunt voluntaria. *Tentationes autem & provocationes, ab isto semine provenientes, cùm à servis Dei resistantur, Diaboli tentantis, non sancti resistentis peccata esse.* Vid. BARCL. Apol. Thes. VIII. §. IX. pag. 162.

Præiverunt

Etiam hîc non tantùm sub Papatu SCHOLASTICI, quos novi-

ANTITHESIS V.

AD rationem peccati in motibus & actibus indeliberatis non requiritur à Nostris deliberata voluntas agentis; sed sufficit disconvenientia cum lege divinâ.

Sic enim

Majores nostri APOL. A. C. art. II. pag. 57. loquuntur: *Quis unquam ausus est dicere, hæc esse ἀδιάφορα, etiamsi perfectus consensus non accederet; dubitare de ira Dei, de gratia Dei, de verbo Dei, irasci judiciis Dei, indignari quòd Deus non eripit statim ex afflictionibus, fremere, quòd impii meliore fortunâ utuntur, quàm boni, incitari irâ, libidine, cupiditate gloriæ, opum &c.* Ac mox, recitatis Scholasticorum sententiis, quibus negant esse peccatum, quod non est voluntarium: *Hæ senten-*

mus *ex Philosophia transtulisse* in Ecclesiam *alienas* ab antiqua Christianorum doctrina *sententias: Quòd* | *tia ajunt apud Philosophos de civili judicio dicta sunt, non de judicio Dei p. 58.*

propter passiones nec boni, nec mali simus, nec laudemur nec vituperemur. Item, nihil esse peccatum, nisi sit voluntarium. Vid. *Apol. Aug. Conf.* ad artic. II. de Pecc. Orig. p. m. 58. Quando autem ex Euthusiastis *C. Schwenckfeld de Peccato propemodum tractavit, ut Papista*: observante pridem *Matth. Flacio* apud *Schlüsselb.* Lib. X. Cat. Hær. p. 254. n. 49. non immeritò præsentem errorem simul amplexus fuisse censebitur. Certum est, quòd statuerit, Lib. de Evangelio p. 75. seqq. & Lib. de triplici vitâ, legem Dei credentibus *prorsùs esse possibilem ad servandum*: (de quo infrà videbimus:) cùm autem agnosceret, affectus inordinatos superesse in credentibus; necesse est, simul statuisse eum, motus istos non esse contra legem, adeòque non esse peccata. De ANABAPTISTIS testatur *Menius* Lib. contra Consanguineos, quòd docuerint, *motus cordis* inordinatos *ad alterius conjugem non esse peccata.* WEIGELIUS quoque in Libello, cui titulum fecit; Informatorium, Part. III. de Clave Davidis cap. XII. scribit: Nichts ist Sünde / es sey denn mit Verwilligung oder Lust geschehen.

Observatio.

Non est quæstio: An motus ejusmodi inordinati, qui præter voluntatem renatis oboriuntur, & cùm animadversi sunt, statim ab iis per pœnitentiam retractantur; nihilominùs renatis ipsis actu imputentur ad damnationis reatum? Hoc enim nec nos docemus; credentes, talia illicò remitti credentibus propter Christum, quasi non essent facta. Quæstio autem est: Annon motus ejusmodi inordinati sint in se veri nominis peccata, lege Dei non minùs prohibita, quàm peccata voluntaria, atque adeò in se digna, quæ puniantur? Et annon, licet non sint actus deliberati aut proæretici, quia tamen reverà actus hominis sunt, labe quidem originariâ stimulante orti, & sunt contra legem; hoc sensu etiam hominis peccata esse rectè censeantur?

CAPUT

CAPUT VII.

De

CHRISTO.

QVAKERORVM Thesis I.

CHristus Dei filius per incarnationem non assumsit naturam nostram humanam totam.

PROTESTANTIVM Antithesis I.

CHristus totam assumsit naturam humanam.

Ita

WILLIAM CATON in Vindiciis contra Hamb. pag. 14. *improbat* eos, qui asserunt, *Filium Dei nostram assumsisse naturam, cùm sit peccatis infecta, Christi verò natura ab omni peccati labe pura.* Nimirum error de substantiali corruptione hominis per malum illud semen, quod sit reale & substantiale quiddam, naturam nostram fermentans &c. etiam istum errorem peperit. Unde & alibi *W. Caton*, in Beschr. der Unsch. p. 44. dogma de *Christi humana natura* (von der Menschheit Christi) inter ea refert, quæ *non possint ex Scriptura ostendi*, ideoque *mirum non esse*, *quod*

Scilicet

Juxta verba SYMBOLI ATHANASIANI, *incarnationem Domini nostri Jesu Christi* ita *credimus fideliter*, ut eum *perfectum hominem* (cui adeò nihil desit eorum, quæ Naturam humanam ingrediuntur) esse confiteamur. Vid. Libb. Symbol. p. 3. 4. Sic etiam *Verbum*, *hoc est Filium Dei*, *assumsisse humanam Naturam*; non tantùm aliquid ejus; sed simpliciter ipsam; profitemur in AUG. CONFESS. Attic. III. pag. 10. Et quanquam *peccatum originale non assumserit*; non tamen ideo *assumtioni* ipsius *naturæ* nostræ humanæ quicquam decedere, quin potius inter *corruptionem*, *quæ*

Quake-

Quakeri *doctrinæ illi contradicant, quæ in Scriptura nullum habet fundamentum.* Quod autem *Barclajus* Apol. pag. 20. docet, *Filium Dei in tempore participem factum esse naturæ hominis*; & in Catechismo suo Cap. III. p. 11. & 12. ad quæstionem: *Eratne Jesus Christus, qui à Maria virgine natus, & filius Josephi esse existimatus fuit, verus homo?* affirmativè respondet, ex *Ebr.* II, 14. 16. 17. c. IV, 15. *Rom.* V, 15. 1. *Cor.* XV, 20. 21. id secundùm mentem ipsius non simpliciter, sed *secundùm quid*, intelligendum erit: prout aliàs sibi cum sociis benè convenire, professus est. Hi autem etiam urgebant illud, quod *Rom.* VIII, 3. legitur, Deum misisse filium suum *in similitudine carnis peccatricis*, quasi hinc sequatur, similitudinem quidem, non autem veritatem carnis humanæ, quoad identitatem cum natura aliorum hominum, ei competere. Vid. Hamburg. Quaker-Greuel pag. 47.

Naturâ nostra infixa est; & inter Naturam ipsam *nostram*, quæ in nobis, non in Christo, *corrupta* est, *discrimen agnosci* debere. FORMULA CONC. Art. I. p. Affirm. num. II. p. 574. Conf. ejusd. DECLARAT. SOLID. pag. 648.

Ita autem olim etiam

Non tantùm illi, qui carnem humanam esse rem pollutam crediderunt, hæretici, ideò assumtionem naturæ nostræ denegarunt Filio Dei, *Cerdoniani*, *Marcionitæ*, *Manichæi*; quos suô loco relinquemus: sed & FLACIANI, ut thesin suam de substantiali peccato tueri possent, cùm ab orthodoxis ad absurdum deducerentur, videlicet, quòd hâc ratione sequatur, Christum assumsisse peccatum, quando assumsit humanam naturam, dixerunt, *Filium Dei non assumsisse naturam humanam eandem* substantialiter, quæ *in nobis est*, *sed quæ fuit in Adamo.* Confer *Apol. L. Conc.* Cap. II. P. 3. p. 29. 30. ANABAPTISTÆ quoque in Colloquio Franckenthalensi p. 18. seqq. *de assumtione humanæ naturæ* à Christo facta interrogati, noluerunt directè respondere, quamvis *hominem factum* confiterentur: per *semen mulieris* autem, non naturam, sed genus humanum, & per *semen Abrahæ*, quod Filius Dei assumsisse dicitur, familiam aut posteritatem ejus intelligere se, indicarunt. p. 172. WEIGELIUS verò etiam clariùs aperuit mentem suam, cùm scriberet: Solche Capernaitische Fleisch-Esser / die da Christum verleugnen / und lehren/

lehren/ daß er im Fleisch kommen sey/ dürffen sagen und lehren/ der Sohn Gottes Jesus Christus habe eben solch Fleisch gehabt/ als Judas der Verräther.

Observatio.

Non est, cur putetur, inter nos & Quakeros esse hîc solùm litem de phrasi, *assumere naturam humanam*: quasi in reipsa conveniat; saltem quoad eos, qui Christum esse verum hominem profitentur. Qui enim præter corpus & animam, tertiam quandam substantiam, & post lapsum quidem substantiam malam in homine quærunt aut collocant; Christum autem, animam quidem & corpus, non autem tertiam illam substantiam in se suscepisse statuunt; jam profectò in hoc à nobis dissentiunt, quod statuant aliquid ad substantiam nostram pertinere, quod Christus non assumserit: licet juxta nostram sententiam, ad id, ut Christus dicatur naturam humanam perfectam assumsisse, sufficiat, quòd animam & corpus inter se essentialiter unita assumsit: quod & illi aliquando concedunt.

Thesis II.

Corpora autem Christi duo; alterum spirituale, quod secum in Mariam attulerit; alterum humanum, quod in Maria virgine assumserit, agnoscunt.

Videatur

R. Barclajus in Apol. Thes. XI. §. 1. p. 289. seqq. ubi multis vicibus tradit distinctionem illam inter *corpus* Christi *spirituale*, & *corpus* ejus *externum*, quod & *carnale* & *visibile* vocat. Illud *è cælo descendisse*,

Antithesis II.

Christus unum tantùm illud corpus habet, quod in utero Virginis Mariæ assumsit; non aliud præterea, quod prius assumserit.

Nempè

Ante incarnationem, Filium Dei *Deum* quidem; sed non nisi Deum, adeoque hactenùs *incorporeum*; donec *humanam naturam in utero beatæ Mariæ Virginis assumeret*; fuisse agnoscunt. Vid. August.

& esse *cœleste illud semen, divinam illam & spiritualem substantiam*, de quâ loquutus sit thesi 5. & 6. i. e. *spirituale lumen & vitam*; (lumen *universale & salutiferum, quod anima hominis apprehendere & sentire possit*. p. 84.) & quod corpus, cùm *caro* dicitur, *per metaphoram spiritualiter intelligi debeat*. p. 289. Alterum autem dicit esse *templum Jesu Christi, quod ex Maria Virgine natum fuit, & in quo ambularit, vixit & passus est in terra Judea*. pag. 289. 290.

CONFESS. Artic. I. & III. pag. 9. 10. corpus cœleste, humano illô antiquius, nullum ei adscribunt.

Atque ita intelligendum est, quod etiam aliàs apud Quakeros, aut de eis apud Scriptores, legimus; *negare illos, quòd Christus corpus suum ex Maria acceperit*. Vid. *Hamburgens.* Quaker-Greuel / Cap. II, pag. 29. 30. 43. seqq. Tunc enim loquuntur de corpore illo cœlesti aut nobiliore: quodque *Christum hominem spiritualem* appellant: eodem videlicet respectu ad spirituale corpus.

Præivit autem

VAL. WEIGELIUS, qui expressè etiam asseruit, *Christum habuisse duo corpora, divinum unum à Spiritu S.* alterum *à Maria*: in der Postill / Wintertheil pag. 214. Der einig Christus / ait, hat zween Leib / den göttlichen Leib aus dem heiligen Geist / denn das Wort ward Fleisch, dieser sein göttlicher Leib ward gesehen von Mose und Elia auff dem Berg Thabor / der andere Leib ist auß der Jungfrau Maria / sichtbar und sterblich / getödet und gecreutziget. De corpore Christi cœlesti jam ante Weigelium SCHWENCKFELDIUS & ANABAPTISTÆ multa & operosè tradiderunt; sed magis etiam involuta, quàm ut hîc brevi sermone evolvi queant. Nam nec ipsi se satis intellexisse videntur. Vide tamen, quæ observavit Schlüsselb. L. X. p. 115. seqq. 212. 213. 353. seqq. & Lib. XII. pag. 343. 348. 383. seqq. ad 425. In *Colloquio Franckenthalensi* collocutores Anabaptistæ adduci non potuerunt, ut suam de corporis Christi, (an cœlitùs, ex substantia Patris vel Spiritus S. an ex substantia Mariæ virginis?) origine, sententiam clarè exponerent. vid. *Protocoll.* ad art. III. pag. 159. seqq.

Observatio.

Non est quæstio de eo; *An Filius Dei in V. T. corporali quâdam specie Patri-*

Patribus apparuerit? Hoc enim si tantùm vellent Quakeri, non reluctaremur. Neque de eo controvertitur: utrum Christo rectè tribuatur corpus spirituale seu mysticum, quando hoc nomine cœtus fidelium sive Ecclesia intelligitur? Sed quæstio est de corpore Christi proprio, ab Ecclesia distincto: quod in V. & N. T. semper habeat, præter illud, quod in Maria assumsit, quodque porrò sit habiturus.

THESIS III.

ITaque, *juxta hos*, Christus non tantùm Deus sed & homo fuit ante incarnationem.

Sanè

Ita BARCLAJUS in Rettung der W. pag. 15. Christum θεάνθρωπον fuisse docet; antequam corpus carneum, aut templum externum in Maria assumeret. Hoc enim corpus non esse totum hominem, prout sanctos adhuc esse videamus, licet corpus aut caro eorum in sepulchro computruerit: Christum autem fuisse Christum & Mediatorem, etiam antequam mundus conderetur; Deitatem autem solam, aut nudè consideratam, non potuisse dici Christum Jesum.

ANTITHESIS III.

ANte incarnationem suam Christus non fuit homo, sed Deus tantùm.

Nam

Juxta SYMBOLUM NICÆNUM ista sic connectuntur, quæ juncta legimus de *Domino Jesu Christo, Filio Dei: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria virgine &* (ita demùm) *Homo factus est.* Cui respondent verba SYMBOLI ATHANAS. de Christo: *Deus ex substantia Patris ante secula genitus; homo ex substantia matris in seculo natus.*

Verba Germanica hæc inter alia legimus: Dieser Jesus Christus war Gott-Mensch ehe er noch in der Jungfrauen Maria den fleischlichen Leib annahme. Der fleischliche Leib oder die äusserliche Hütte ist nicht der gantze Mensch/ denn wir sehen noch anizo an den Heyligen/daß sie seynd/ ob schon ihr Leib oder Fleisch itzt in das Grab geleget worden/ und die Verwesung geschehen &c.

Pertinet huc ex antiquioribus

Quòd CASPAR SCHWENCKFELDIUS docuit, *Humanitatem Christi etiam in Patribus Veteris Testamenti habitâsse.* Lib. de Verbo pag. 129. A quo non abludit VAL. WEIGELIUS & THEOSOPHI reliqui, quando Christum jam antequam speciem carnis humanæ assumeret; *hominem cœlestem* fuisse perhibent: imò verum mysterium *incarnationis* filii Dei sic exponunt, quòd filius Dei carnem & sanguinem spiritualem ex Spiritu S. assumserit, priusquam *terrenum & visibile corpus ex Maria acciperet.* Vid. *Weigel.* P. I Postill. p. 214. P. II. p. 283. & quæ ex P. Felgenhaueti & Sociorum scriptis collegerunt Theol. *Lub. Hamb. & Luneb.* Außf. Bericht. p. 317. §. 590.

Observatio.

Quodsi arcana Theologiæ Enthusiastarum penitiùs perlustremus, apparebit, huc redire illorum mentem; quòd, cùm Spiritus ille noster, quem vulgò animam rationalem dicimus, pro formâ hominis substantiali habeatur; idem autem sit particula quædam substantiæ divinæ, juxta veterem gentilium, ipsorumque; Quakerorum opinionem: ideò & Christus, ante dies carnis suæ, quos Scriptura vocat, cùm jam ipse secundùm spiritualem substantiam nobis i. e. spiritui nostro esset ὁμοούσιος, sic homo jam tunc fuisse agnosci debeat.

THESIS IV.

UNio personalis naturarum divinæ & humanæ in Christo *Quakeris* aut nulla est, aut ignota.

Ita

R. BARCLAJUS quidem in Catechismo suo Cap. III. p. 12. propo-

ANTITHESIS IV.

VErbum, hoc est filius Dei, ita assumsit humanam naturam, ut sint duæ naturæ, divina & humana in Unitate personæ inseparabiliter conjunctæ.

Juxta

Verba AUG. CONFESS. Art. III. Et jam olim in *Symbolo* ATHANA-

nit

nit hanc quæstionem: Auff welcherley weise befestiget die Schrifft die Zusammenfügung und Vereinigung des ewigen Sohns Gottes in und mit dem Menschen Christo Jesu? Et affert in responsione sua loca *Joh.* I,14. *c.*III,34. *Act.*X,38. *Col.* I,19. *c.*II,3. & 19. Sed nec personalem unionem dicit: & quando *filium Dei* cùm *homine* conjungi dicit, non tàm naturarum unionē, ad constituendam unam personam; quàm personæ unius ad personam alteram, atq; adeò duarū personarum unionem quandam statuere videtur. Neq; rectiùs sese habet, quod W. CATON scribit; *Christum æquè venisse in carnem in quolibet nostrûm, quemadmodum in Maria virgine venit in carnem*: quasi videlicet naturam illam humanam singularem in Maria productam non aliter assumserit, quàm naturam cæterorum hominum in individuo. Verba ejus sunt: Wer das Wort Gottes / Jesum Christum / nicht bekennet / daß er so wohl in Ihme ins Fleisch gekommen / als er in der Jungfrauen Maria ins Fleisch gekommen / und zu Bethlehem Mensch geworden ist / der ist ein Wider-Christ. Schall der Warh. p. 16. Equidem *Barclajus* in Apol. Th. V. & VI. §. XIII. p. 83. protestatur, quòd *nec velit* ipse, neque socii *cupiant* seipsos *æquare sancto illi viro Domino nostro Jesu Christo, qui ex Maria virgine natus fuit: nam licet affirment, Christum in nobis habitare, tamen non immediatè*, (habitare in nobis) *ut est in illo semine, quod in nobis est; cùm ille, nimirum verbum æternum, quod erat apud Deum & ipse Deus erat, & immediatè habitabat in sancto illo homine* -- adeòque *aliter habitare Deum in homine Jesu Christo quàm in nobis*, ipsos credere perhibet. Verùm hæc non sufficiunt, ut veram naturarum divinæ & humanæ in persona Christi unionem indicari, agnoscere possimus, & ab unione Dei cum sanctis, tanquam non personali, distinguere. Nam & illud, quod dixit, Deum in homine Jesu Christo *immediatè* habitare, in nobis *mediatè*; difficultatem habet, & omnipræsentiæ divinæ quoad substantiam, quâ Deus immediatè omnibus præsens est, adversatur.

Olim etiam

Equidem multi fuerunt, qui unitatem personæ Christi impugnârunt, alii directè; alii obliquè magis & per consequentiam.

SIANO dicebatur, *unum esse Christum, Unitate personæ.*

CERINTHIANI & GNOSTICI Christum à Jesu, tanquam alium ab alio diversum esse apertè pronuntiârunt. Vidd. inter alios testes *Irenaeum* Lib. I. cap. I, p. 38. 39. & cap. XXV. p, m. 126. *Tertullianus* L. de Carne Christi sub finem p. m. 57. NESTORIUS, Mariam Deiparam θεοτόκον esse negans, Judæos non Deum, sed hominem crucifixisse statuens, ejusdem erroris accusatus fuit. Vidd. Acta *Concilii Ephesini* & *Socrates* Lib. VII. cap. XXXII. seqq. p. m. 374. seqq. Ex propinquioribus notandus est SCHWENCKFELDIUS, qui *formas loquendi* in Ecclesia receptas, *quomodo naturæ in Christo sint unitæ*, *falsas & damnatas* esse dicit. Lib. de Verbo Dei pag. 126. 130. 136. Sed & apud WEIGELIUM sociosque pro sana doctrina de unione personali naturarum in Christo nihil legimus: quæ autem eam pervertant, plurima. Vid. P. I Postill. p. 136. ubi crassam doctrinæ de Christo ignorantiam Academiis omnibus objicit, quasi *nihilo plus nôrint, quàm Judæi* : & *communicationem idiomatum*, quæ necessarium & immediatum consequens est unionis personalis, apertè ridet.

Observatio.

Non hîc præcisè urgemus terminum unionis personalis; sed rem ipsam vocibus significatam; quam Enthusiastæ vel negant, vel obscurant ac depravant. Quod enim & Patres quidam dixerunt, *hominem in hypostasi λόγȣ assumtum*, licet incommodè dictum sit, non tamen Barclajo favet, *inhabitationem Dei in homine* loco unionis hypostaticæ substituenti. Constat enim, Patres istos hoc tantùm voluisse significare, quòd filius Dei assumserit id, per quod est homo, aut à quo habet, quòd homo est, nempe humanam naturam. Quòd autem Barclajus *Christum in homine illo habitare* dixit, ad inhabitationem illam, quam Nestorius etiam admiserat (etsi non concederet, eundem esse filium Mariæ, & Dei filium;) prope admodum accedit.

THESIS V.

Licet Christus dicatur sustulisse peccata nostra & pro nobis

ANTITHESIS V.

CHristus mediator, hôc ipso, quòd DEus pœnas, *passus*

passus esse, & inter homines peccator reputatus & inter transgressores numeratus, negatur tamen (à Quakeris) *quòd Deus illum peccatorem reputaverit.*

peccatis nostris debitas, ipsi irrogavit, à Deo peccator habitus aut reputatus fuit: *juxta Nostrates.*

Varba hæc sunt

R. Barclaji Apol. Thes. VII. §. VI. pag. 134. qui ut justitiam Christi nobis imputari negare commodiùs posset, eâdem ratione negandum sibi putavit, quòd nostra peccata Christo, tanquam Mediatori, atque adeò vicario nostro, fuerint imputata. Sic enim mox repetit istam sententiam: *Quòd Deus unquam eum peccatorem æstimavit, nego.* Itaque nec mirum est, quod socios Barclaji ab asserenda imputatione peccatorum nostrorum, Christo facta, abstinuisse deprehendimus.

Scilicet

Hoc est, quod in Articul. Smalc. P. II. art. I. p. 324. ex *Esaia* LIII. tanquam *necessarium creditu*, inculcatur; quòd Deus omnium iniquitates *in ipsum* (Christum) *posuerit.* Et aliàs *Lutherus* ipse aliique Nostrates, ubi in locum illum II. *Cor.* V. ult. commentantur, comuni consensu docent, *Christum factum esse peccatorem, non quidem inhæsione peccati*, sed tamen *imputatione*. Vidd. *Hunnius*, *Rungius*, *Balduinus*, *Osiander*, aliique.

Præiverunt autem

Pontificii, ex quorum scholis non pauca ad Quakeros transtulisse deprehenditur Barclajus. Nimirum *Bellarminus* Lib. II. de Justif. cap. VII. p. m. 161. & 162. similiter negat, Christum in judicio divino per imputationem factum fuisse peccatorem: & peccata nostra ei non aliter imputata esse dicit, quàm metonymicè seu ratione effectus h. e. pœnarum peccatis nostris debitarum. Non autem tantùm negat Christum *propriè* fuisse peccatorem; sed nec *verè* peccatorem fuisse habitum concedit. Conf. cap. X. p. 175. 176. Idem docet *Becanus* Manual. L. I. Cap. XVI. Q. II. p. m. 415. Antecesserunt autem & Sociniani negantes,

negantes; Christo aliena peccata verè imputata fuisse. Vid. *Socin.* P. III de Christo Serv. cap. X. *Volckel.* Lib. III. de Vera Rel. cap. XVIII. fol. 102. ENTHUSIASTÆ autem, *Schwenckfeldius, Weigelius* & sequaces, ideò tacuisse videntur de imputatione illa, quòd non crederent aut assensu suô probarent.

Observatio I.

Non est quæstio, utrum Christus, propriis peccatis carens, tamen propriorum peccatorum intuitu, peccator æstimatus à Deo fuerit? Sed annon, qui tanquam mediator, nostram causam suscepit, ita verè sustinuerit pœnas pro nobis, ut fundamentum pœnæ, quod est culpa, penes ipsum haberet locum, licet non culpa sua & propria, nostra tamen, adeoque ipsi imputata?

Observatio II.

Barclajus sibi hoc ipso reverà contradicit, (uti Pontificii) quando concedit, Christi passionem esse *sacrificium satisfactorium & propitiationem pro peccatis* nostris, Apol. ad Thes. VI. §. XV. p. 85. & tamen negat, Christo peccata nostra fuisse imputata. Satisfactionem enim illam pœnalem esse oportet. Pœna autem pecatum & delictum supponit, si non proprium, imputatum tamen. Itaque cessante imputatione peccatorum, cessabit pœna & satisfactio vicaria, quæ tamen ab illo asserebatur.

THESIS VI.

REdemtionis officium, quod in se Christus suscepit, in eo consistit, *juxta Quakeros,* quòd non solùm à reatu culpæ & pœnæ peccatorum nos liberat, facitque ut lumen illud internum consequamur;

ANTITHESIS VI.

OFficium Christi quidē in hâc vitâ nostra eò tendit, ut à reatu peccati redimamur, & è morte peccati ad spiritualem vitam reducamur, inque sanctitate vitæ magis magisq; confirmemur & crescamus: ve-

verùm etiam in hac vita, mediante illo lumine, à peccatis eorumque radice nos plene liberos sanctosque reddit,

Sic

Barclajus Apol. Th. VII. §. III. p. 127. *Prima*, ait, *est redemptio à Christo peracta in corpore suo crucifixo extra nos. Altera est redemptio, quam Christus in nobis operatur, quæ nonminùs propriè est, dicitur & æstimatur redemptio, quàm præcedens.* Per *priorem* dicit nos *in capacitate salutis poni, & habere in* nos *transmissam mensuram aliquam efficaciæ virtutis spiritûs vitæ, & gratiæ istius, quæ in Christo Jesu erat, quæ quasi donum Dei potens* fit *superare & eradicare malum illud semen, quô naturaliter, ut in lapsu stamus, fermentemur.* Per *posteriorem* dicit *cognosci potentiam hanc in actum reductam, quâ non resistentes, sed recipientes mortis ejus fructum, videlicet lumen, Spiritum & gratiam Christi in nobis revelatam, obtineamus & possideamus veram realem & internam redemptionem à potestate & prævalentia iniquitatis, sicque evadamus verè & realiter redempti & justificati, unde ad sensibilem cum Deo unionem & amicitiam veniamus.*

hoc autem mediantibus verbô & sacramentis præstat, in infirmitate nostra: Post hanc vitam demùm à peccato plenè nos liberabit.

Hoc est, quod

In CATECHISMO MAJORE. & Explic. Symb. Apost. docemur & profitemur, *Filium Dei nos equidem ab omni & peccati & mortis ac diaboli captivitate in libertatem adoptionis suæ asseruisse - - - ac tanquam possessionem suam in tutelam suam nos suscepisse, ut nos per suam justitiam, sapientiam, potestatem, vitam & beatitatem regat & gubernet*: pag. 494. Sed *quanquam Dei gratia per Christum impetrata est, & sanctificatio per Spiritum facta, per verbum divinum* (prædicatum scriptumq; non lumen internum immediatum) *in unitate Ecclesiæ Catholicæ: nunquam tamen* (licet Christus non cesset fungi suo officio convenienter) *nos à peccatis esse vacuos: & hoc carnis nostræ gratiâ, quam adhuc adhærentem humeris nostris circumferimus.* pag. 500.

De qua quidem in loco de justificatione distinctiùs agemus. Hîc tantùm notamus, quòd ad officium Christi redemtorium referatur non solùm impetratio & collatio luminis interni & immediati, verùm etiam actualis interna & quidem plena nostra in his terris sanctificatio. Quibus omninò re-

nò respondent, quæ Quakeri alii habent; inprimis WILL. SCHEWEN Glaub und Erf. Sect. II. was anbelanget den HErrn Jesum Christum pag. 49. seqq. ubi etiam ex adverso Christianum titularem introducit, qui Christum quidem redemtorem suum profiteatur. Interrogat autem p. 52. Wie ist er sein Seligmacher? ist er durch ihn von sündigen frey gemachet? und von der eitelen und vergänglichen Gesellschafft und Beywohnung erlöset &c. Nein/ein solcher Titul Christ hat seiner auf diese Art keine Kentniß/ viel weniger glaubet er/ daß man in diesem Leben darzu gelangen kan - - noch daß man durch Ihn/ als JEsum/ könne von sündigen frey werden &c. Er vergnüget sich selbsten mit einem verdorbenen Traditional-Glauben/ welcher in der finstern Nacht des Abfalls (Apostasis) entsprungen &c. Conf. *J. N.* Liefde Sect. XXII. pag. 54. ED. BOURROUGH Stand. Cap. II, VI. & IX. pag. 4. 8. & 10.

Sic autem

Etiam SCHWENCKFELDIUS, WEIGELIUS, eosque secutus CHR. HOHBURGIUS docuerunt, quæ Christus præstitit extra nos, in nobis quoque ad perfectam à peccatis purgationem & sanctificationem, ab eo, vi muneris mediatorii aut redemtorii, debere præstari. Atq; *Hohburgio* præcipuè usitata fuit distinctio, inter mediatorem *pro nobis*, per *meritum*; & *in nobis*, per *spiritum*, *virtutem* & *sanctificationem* perfectam: **Christus sey unser Mittler dem Verdienste nach für uns; dem Geist und der Krafft nach in uns.** Vid. P. I. Post (Dom. I. Epiph.) pag. 201. conf. pag. 48. 208. 245. 249 279. P. II. p. 140. nimirùm ad *omnia* illa, *quæ ante 1600. annos extra nos meruerat*, (atq; adeò perfectam sanctitatem) *efficaciter nobis intra nos conferenda*: uti docet in Praxi Arndiana, p. 300.

Observatio.

Non negamus, Christum, qui secundùm officium sacerdotale seipsum sacrificium expiatorium pro nobis præstitit, atq; ita nos suô meritô à peccato redemit, etiam secundùm officium suum Regium Spiritum Sanctum nobis donare, atque ita intra nos jam in hac vita operari, ut peccatum regnare in nobis desinat, ac spiritualis sanctitas interna inchoetur. Verùm hoc, quicquid est, nec immediatè in nobis fieri, nec ad plenam à peccatis purgationem in hac vita se porrigere, credimus.

CAP.

CAPUT VIII.

De

FIDE SALVIFICA, QVÆ EST IN CHRISTVM.

QVAKERORVM

Thesis I.

Fides in Christum equidem hominibus salvandis, *juxta Quakeros*, est necessaria: non tamen ad eam necessariò requiritur notitia explicita aut distincta de Christo, Dei & hominis filio, pro nobis passo & mortuo.

Sanè

BARCLAJUS non solùm Thesi suâ primâ p. 1. *summam felicitatem hominis in vera Dei agnitione positam esse* scribit, in eamque rem verba Christi *Joh.* XVII. 3. adducit; mox etiam, ad th. II. pag. 9. *nullam* esse *cognitionem Patris, nisi per Filium*, docet: sed & thesi V. inculcat dictum *Joh.* III. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum dederit, ut omnis, qui credit in eum, servetur*. p. 62. Mox tamen th. VI. p. 63. expressè

PROTESTANTIVM

Antithesis I.

Ad fidem, hominibus salvandis necessariam, requiritur omninò, *à Nostratibus*, notitia explicita de Christo, Deo & homine, pro peccatis nostris passo & mortuo.

Patet hoc

Ex SYMBOLIS Oecumenicis tribus, APOSTOLICO, NICÆNO & ATHANASIANO, ubi objecti hujus expressa fit mentio, & in postremo quidem hæc denique adjungitur clausula. *Hæc est Fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus & incolumis esse non poterit*. Eodem redeunt, quæ in AUG. CONFESS. art. III. & IV. & ARTIC. SMALCALD. P. II. art. I. p. 304. habentur: quô

ſcribit, *Oblationis & victimæ* Chriſti *beneficium extendi non ſolùm ad eos, qui diſtinctam externam mortis paſſionisque ejus habent cognitionem, ſicut ea in Scripturis declarata eſt; ſed ad illos etiam, qui ab hujus cognitionis beneficio, caſu aliquô inevitabili* (qualem tamen penes admodùm multos dari putat) *neceſſariò excluduntur.* Imò poſt paulò pag. 64. ſcribit, *non ſatis abundè veritatem annunciaſſe* eos, *qui affirmantes, Chriſtum pro omnibus mortuum fuiſſe, abſolutam externæ cognitionis hiſtoricæ neceſſitatem addiderunt, ad aſſequendum ſalutiferum ejus effectum.* Conf. ejusdem Rettung der W. pag. 16. ubi à ſe dicta, *quòd externa cognitio Chriſti non præcisè & abſolutè ſit neceſſaria, cum dictis* Stephani Crisp, *quòd qui unquam ſalutem conſequitur, nôrit, Chriſtum eſſe ſacrificium pro peccatis & per paſſionem ejus reconciliationem cum Deo, & remiſſionem præcedentium peccatorum obtineri;* conciliaturus, etiam hæc monet non eſſe intelligenda de externa cognitione Chriſti. Qualem autem cognitionem inſinuet uterque, mox videbimus. Interea notamus, quòd etiam William Caton Schall der W. pag. 24. 25. velut ex inſtituto diſputat, non eſſe neceſſarium ad ſalutem, ut quis nôrit, *Filium Dei eſſe incarnatum*: quodque Theologi Hamburgenſes memorant, Quakeros de cognitione incarnationis Chriſti interrogatos, noluiſſe reſpondere, ſeq; excuſaſſe, quòd *homines ſancti de hac quæſtione non diſputaverint* acriter; aliquem etiam ex iſtis dixiſſe; *cognitionem illam non eſſe neceſſariam ad ſalutem, ſatis eſſe, ſi quis tantùm habeat charitatem.* Quäcker-Greuel/ Cap. II. p. 30.

poſteriore loco, recitatô *articulo primo & præcipuô*, *Quòd Jeſus Chriſtus Deus & Dominus noſter ſit propter peccata noſtra mortuus*, &c. expreſsè additur, *Hoc credere, neceſſe eſſe, & ſolam hanc fidem nos juſtificare.* Quod & p. ſeq. 305. denuò & graviùs inculcatur.

Eſt hæc

Naturalistarum antiquiorum & recentiorum, qui tamen nomen Chriſtianum gerunt, ſententia: quorum inter *Pontificios, Calvino-Reformatos, Remonſtrantes, & Socinianos* copia datur. Huc enim Pontificiorum *fides implicita* pertinet: huc *Zuvingliana & Gualtheriana* de melioribus gentilium per fidem aliquam, non tamen cognitô Mediatore ejusque meritô, in cœlum receptis, ſententia: Huc *Curcellæi* de Neceſſitate (i. e. contra neceſſitatem) cognitionis Chriſti, diſputatio: Huc illa *Socini*, in Chriſt. Relig. brevi Inſtit. p. 16. (aut Bibl. Fratrum

rum Polon. T. 1. p.653.b. *Ex iis quæ ad Christi naturam sive essentiam pertinent, vix quicquam cognitu necessarium esse.* Ne dicam, quòd Christum morte illâ nobis salutem meruisse prorsus negat Catechismus Racov.) ENTHUSIASTAS autem *Schwenckfeldium & Weigelium*, cum suis, *externam* illam, (quam vocant, *literalem & historicam* cognitionem de Christi persona, vita & morte atque adeò officio & merito, tanquam minus necessariam elevare, vulgò notum est. Certè quando de fide, ejusq; natura aut indole agunt, aut nullam aut frigidam ejus mentionem faciunt: interim omnium sectarum homines, quantumvis doctrinæ de Christi persona & officio ignaros, pro fidelibus tamen, & beatitudinis æternæ hæredibus habent. Præcipuè PAULUS FELGENHAUER in Epistola ad Pastores, (Send-Brieff an die Hirten) quam Libello, sub nomine speculi Sapientiæ & Veritatis (Spiegel der Weißheit uñ Warheit) edito annexuit, ad quæst. 1. p. 52. docuisse legitur; *si quis Judæus, Turca aut Gentilis vitam piam vivat, Deumque timeat, & quod rectum agat, ignorationem Christi non posse eum damnare.* Wann ein Jude/ Türcke und Heyde ein gottseelig Leben führet/ und fürchtet Gott/ und thut/ was recht ist/ so mag ihn das Unwissen von Christo nicht verdammen. Talia etiam extant in Libro, offene Herpens Pforte Cap. VII. p. 76. & Cap. X. p. 120. & 121.

Observatio I.

Videntur aliqui ex antiquis Ecclesiæ Christianæ doctoribus, qui Patres appellantur, in hanc sententiam de hominibus distinctâ cognitione Christi Mediatoris Dei-Hominis, ejusque meriti, destitutis & tamen salvatis, propendisse. Sed nec omni dubitatione caret quæstio de Patrum illorum mente, nisi quòd *Clementem Alexandrinum* liberaliorem fuisse cæteris apparet; & si maximè ita senserint, non tamen præfractè istud asseruerunt. Aliàs autem rectiùs sensisse deprehenduntur. Certè non ad imitationem trahi debebabant, quæ illis exciderunt, quæque ipsi, meliora moniti, correcturi haud dubiè fuissent.

Observatio II.

Non est quæstio de notitia circumstantiarum incarnationis & officii mediatorii Christi: Nec de notitia veterum ante exhibitum Christum: Sed de fide in Christum quoad personam & munus ipsum, qualem revelatio divina, ipsô exhibitô, postulat.

Itaque nec Assensus ille specialis, quô quisque credat, Christum pro se esse mortuum; nec fiducia, quâ meritum illud, tanquam causam suæ salutis amplectatur, in eoque acquiescat, *à Quakeris* necessariò requiritur.

Nimirum

Tacet de his, R. BARCLAJUS in Thesibus V. VI. & VII. earumque Apologia, etiam ubi ex professo de fide agendum erat, & quando dictum Pauli *Rom.* III, 25. de *fide in sanguine ipsius* Christi, explicat. p. 130. Similiter in Catechismo suo C. VI. pag. 40. seqq. quod est de *Fide. Justificatione & Operibus*: & adjecta Confessione fidei Artic. XII. p. 140. Tacet EDOUARD BOURROUG Standaert Cap. XVII. quod est de Fide pag. 18. 19. Tacet *J. N.* in Liefde tot de Verloorene, sect. de Fide p. 17. 18. 19. Et quamvis WILLIAM SCHEWEN aliquid dixisse videatur in libello de Fide & Experientia (Glaub und Erfahrenheit) Sect. II. p. 49. verum Christianum credere in unum Dominum Jesum Christum ——*quòd sit suus Salvator, suus Redemtor, suus Sanctificator, ipsumque purificat per pretiosum suum sanguinem* &c. quæ etiam verba possent sensu orthodoxô accipi: si tamen ad mentem Quakerorum attendamus, certum est, debere illa intelligi aliô sensu, quô ad Lumen internum, quod in nobis ista efficiat, referantur; quemadmodum & purificationem per

Præter notitiam explicitam doctrinæ de Christi passione & morte pro nobis, ad constituendam veram fidem, requiritur etiam *à Nostratibus* Assensus specialis cum actu fiduciæ conjunctus.

Sic enim

APOL. AUG. CONF. ad art. IV. peg. 68. *Hæc fides specialis, quâ credit unusquisque sibi remitti peccata propter Christum, & Deum placatum & propitium esse propter Christum, consequitur remissionem peccatorum.* idque in seqq. prolixè declaretur usque ad pag. 82. ubi dicitur: *Necessaria est hujus fidei cognitio, quia in hac unâ conspicitur Christi officium; hâc unâ accipimus Christi beneficia hæc una affert certam & firmam consolationem piis mentibus.*

per sanguinem, de sanguine spirituali, quem cum carne aut corpore spirituali conjungunt (de quô Cap. præced. VI. ad Thes. II. vidimus) facilè exponent Quakeri. Ita verò assensus fiducialis aut fiducia assensualis in merito Christi defixa, rursùs evanescet.

Sed hic mos fuit

Antecedentium quoque Enthusiastarum, apud quos genuinam explicationem fidei in Christum, quoad actus assensus & fiduciæ, frustrà quæsiveris: sive SCHVVENCKFELDIUM, sive WEIGELIUM, sive alios horum discipulos aut collaboratores consulas. Sordent enim hæc ferè illis, qui sublimiora se assecutos putant, quibus animos pascant. Et *ille* quidem etiam expressè docet, *fidem non esse creatum motum, aut fiduciam.* Præfat. de Christian. hom. *Non esse Qualitatem aut Accidens.* Lib. de Verbo. Hic autem, cùm in Captura aurea (Gülden Griff) multis precationum formulis à Deo petit sibi dari fidem salvificam; nusquam tamen sic explicat, ut orthodoxum esse intelligere queas.

Observatio.

Cùm certum sit, assensum & fiduciam præsupponere notitiam objecti, cui assensus præbendus, & in quo fiducia defigenda est, facilè patet, Quakeros, qui necessitatem notitiæ de persona & officio Christi negant, non posse non negare simul necessitatem assensus & fiduciæ ratione ejusdem objecti. Itaq; quamvis *Barclajus* scribat, *Externam scientiam de Christi in terras adventu, per cujus obedientiæ & passionis beneficium eô fruuntur, consolabundam esse illis, qui subjecti* (notitiæ illis compotes) *sunt, & hoc internô semine & lumine acti*: quando tamen mox addit, *mysterium prodesse posse sine explicita & externa cognitione historica*; dubium non est, quin etiam statuat, prodesse posse sine assensu & fiducia in illo adventu, obedientia & passione, occupata, quæ notitiam illam explicitam supponit.

THESIS III.	ANTITHESIS III.
I*psis autem* Fides est sensus interni & immediati Luminis,	NEquaquam autem fides *Nostratibus* est sensus intertan-

tanquam docentis aut præcipientis, eique præstita obedientia.

ni & immediati luminis, eiq; præstita obedientia.

Ita

R. BARCLAJUS Thes. V. pag. 62. dictum Christi *Joh.* III, 16. *Sic Deus dilexit mundum &c.* adducturus, inserit vocabulum *Lumen;* hoc modo: *Ut filium suum unigenitum, Lumen dederit, ut quisquis credat in eum, servetur.* additôque alterô loco ex *Joh.* I, 9. *qui illuminavit omnem hominem venientem in mundum*; velut ἐξηγήσεως causâ hæc subjicit: *& omnia vituperabilia manifestat, docetq; omnem justitiam, temperantiam & pietatem.* Itaq; credere in Christum, est credere in eum, tanquam in Lumen, sive, ut Th. VI. loquitur: *obtemperare semini & lumini ejus illucenti in cordibus suis, ita ut ex impiis sancti fiant, & amatores potentiæ illius, cujus internis & secretis viribus & contractibus se à malo ad bonum converti sentiunt, & doceri, quod sibi fieri nolunt, alteri non facere, in quibus,* ait, *ipse Christus affirmat, omnia includi.* (Quasi scilicet Christus h. l. *Matth.* VII. &c. de fidei salvificæ natura agat.) Ecce fidem Quakerorum! Ad quam etiam pertinet, quod in Apol. ejus thes. §. XXV. pag. 115. scribit; *licet homines non externè noscant, si tamen sentientes vim & virtutem ejus, intùs noscant nomen Jesu realiter, (quod Servatorem significat) redimens illos in cordibus à peccatis & iniquitatibus eorum,* ita *per illud* (& sic per fidem in Christum) *salvi fiunt.* Imò hoc etiam est, quòd Th. VII. p. 121. dicit, *Christum in nobis formari:* scilicet per *receptionem religiosam lucis illius,* unde *fiat* in recipientibus *Sanctus Purus & Spiritualis partus,*

Docent enim

In AUG. CONF. art. V. *Ut fidem veram & justificantem consequamur, institutum esse ministerium docendi Evangelium & porrigendi Sacramenta;* Nam *per Verbum & Sacramenta tanquam per instrumenta donari Spiritum sanctum, qui fidem efficit &c. Damnant* etiam *Anabaptistas & alios* (Enthusiastas quoslibet) *qui sentiunt, Spiritum sanctum* (& sic etiam fidem à Spiritu sancto) *contingere sine verbo externo hominibus.* Et in ARTIC. SMALC. P. III. Art. III. p. 332. scribunt: *Hoc in universum est antiquus Satanas & serpens,* qui etiam Adam & Evam in Enthusiasmum conjiciebat, & ab externo verbo Dei ad spiritualitates & proprias opiniones abducebat.

Atque

Atque hæc etiam

Ad exemplum priorum Enthusiastarum: ex quibus SCHWENCKFELDIUS in Confess. de Cap. fidei, *Fidem* dixit esse *vivam & sensibilem potentiam viventis Dei, per quam corda purgat & renovat.* De illo sensu autem Verbi aut Luminis interni, docentis, arguentis, consolantis, & ad sanctos actus hortantis atque excitantis, in quo fides ipsa formaliter consistat; videri possunt, quæ ex Scriptis ejus varia collegerunt Theologi *Lubecenses, Hamburgenses & Luneburgenses* in der Schutz-Schrifft contra Patronum libri Guthm. P. II. Cap. V. §. 73. pag. 705. ubi etiam mox pag. 707. VAL. WEIGELII dicta similia recitantur, ut non sit opus aut consultum, actum agere. Unum tantùm memorabimus, quod habetur P. II. Postill. p. 316. Der Glaube ist nur/ sich dem Worte (verbo interno & immediato) gefangen geben/ niedersincken vor die Füsse Jesu (qui est illud verbum internum) und warten auff seine Offenbahrung in Uns. (ut tanquam novus & spiritualis partus in nobis manifestetur.)

Observatio.

Equidem & Nostrates de sensu Gratiæ & inhabitantis Spiritus sancti haud raro disserunt: attamen hæc, tanquam consequentia fidei, à fide distinguunt; quin etiam inter effecta justificationis referunt. A luminis autem immediati sensu prorsus distinguunt. Confer *Theol. Lubec. Hamb. & Lüneb.* l. c. p. 71. 73.

THESIS IV.

ITaque fides, *juxta eosdem*, pœnitentiam pariter & bona opera, saltem quoad motus actusve internos, intra se includit.

Certè

Distinctionem inter ista & fi-

ANTITHESIS. IV.

FIdes salvifica nec pœnitentiam, nec bona opera, intra se, includit, *juxta Nostrates*, sed pœnitentiam strictiùs dictam præsupponit; latiùs dictam ipsa ingreditur: bona opera post se trahit.

Videatur

AUG. CONFESS. art. XII. p. 12.

N dem

dem rectè tradi à Quakeris non vidimus. Sed cùm, quid sit fides, exponunt, omnia ista congerunt, ut tantùm connotatis, aut saltem inadæquatè, inter se distingui appareat. Quando enim fides illis formaliter idem est, ac lumini interno, quaquà patet, adeoque quatenus ubi *pœnitentia* (latiùs accepta) dicitur *constare contritione* (quæ aliàs pœnitentia strictiore sensu nominatur) & *fide*. Additur: *Deinde sequi debent bona opera, quæ sunt fructus veræ pœnitentiæ*, ipsiusque adeò fidei in ea contentæ; non fides ipsa. credenda atque agenda proponit, auscultare, actuque practico obedire, seque conformare; jam profectò, quando lumen illud *arguit peccata & ad pœnitentiam incitat*, fidei formaliter erit, agnoscere peccata & retractare, deq; illis dolere: quando *bona offert* præsentia, futura *pollicetur*; v.g. *remissionem peccatorum & salutem*; fidei formaliter erit, hæc amplecti, de præsentibus gaudere, futura sperare: quando lumen illud *omnem justitiam, temperantiam, pietatem, docet*; fidei formaliter erit, hos actus, si non externos statim efficere, intra animum tamen agitare. Itaque hæc omnia, quoad relationem ad suum principium, videlicet lumen internum, fidei nomine Quakeris veniunt: quamvis aliàs, ratione objectorum materialium diversorum, aliis atque aliis notionibus ea appellare non recusent. Sic BARCLAJUS, *definitionem fidei* traditurus, Apol. Thes. II. §. VIII. pag. 13. velut juxta locum *Ebr.* XI, 1. & Apol. Thes. V. & VI. §. XXV. pag. 112. tanquam ex sententia Ep. ad *Tit.* II, 11. fidei naturam exponit, ut & *spem* & *totum hominis officium comprehendat*, scilicet lumini illuminanti & gratiæ erudienti respondens. Tales autem etiam fidei descriptiones exhibent JAMES PARNEL in Ondersoeck des Geloofs, ED. BOURROUGH Standaerte, *J.N.* Liefde tot de Verloorne, & reliqui.

Præcesserunt

Ex Enthusiastis anterioribus (SCHWENCKFELDIUS, qui in Instit. de Verbo: *Recta fides* ait, *& bona opera sunt una res, prorsus unum & idem, ideò non possunt à se invicem secerni.* Et rursùs: *Si homo debet probus & salvus fieri, necesse est id præstare sanguinem Christi, hoc est spiritum, charitatem, fidem, vivificum Dei verbum, quæ omnia sunt unum & idem.* Et VAL. WEIGELIUS P. II. Post. pag. 315. Glauben an Christum heißt Christum (Lumen internum) gantz annehmen / mit Reu und Leid seine Sünde bekennen / davon

davon ablassen / Item P. III. pag. 16. der wahre Glaub ist Vita Christi in Uns. Idem Dialog. de Christianis. pag. 37. cùm introduxisset Concionatorem, qui fidem à contritione & nova obedientia distinguat; suam sub persona Auditoris sententiam propositurus, hæc addit: Wie ich vor Jahren gen Schule gieng / habe ich solche Dinge alle gelernet / und nun höre ich täglich von der Cantzel / daß ein anders der Glaube ist / ein anders Christus und sein Leben / ein anders die Buße / ein anders die Rechtfertigung / ein anders der neue Gehorsam &c. Aber ich sage in der Warheit / alldieweil man nicht von solcher artificata vel humana Theologia weichet / und alle Dinge in eins bringet / in JEsum Christum fasset / in das Creutz &c. so wird Christus nur halb erkennet / und halb geprediget / da wird die Krafft / Wirckung und Leben Christi verleugnet. PAULUS quoque FELGENHAUERUS in Christiano secundùm sensum Christi, aliàs Einfältig Christenthum / Quæst. III. quæ est de Fide & Justificatione. Das ist der Glaube / wenn uns Gott heisset Buße thun / zu ihm kommen &c. Und wir wircken dasselbe Werck / so giebet Gott seinen heiligen Geist und dessen Wirckung / daß Gott in uns lebet / wircket &c. Similiter in Spiegel der Weißheit Cap. I. p. 43. Es ist der Glaub in seiner kurtzen und einfältigen Summa anders nichts / denn der Geist / die That und das Werck der Liebe. Ein Werck Gottes / das Gott wircket in denen / die sein Wort annehmen / ihm gehorchen / und sich seinem Willen in Gehorsam Christo untergeben / das ist / die da gläuben. Ein solches ist der Glaube / respectu nostri, gegen uns zurechnen &c.

Observatio.

Non est quæstio de descriptione fidei à connexis, antecedentibus & consequentibus. Sic enim non negamus, fidem salvificam posse describi, quod in corde contrito nascatur, quod per dilectionem fit efficax. Sed h. l. de his, quæ fidem ipsam aut constitutionem ejus ingrediuntur, disquiritur. Quâ ratione eam à pœnitentia, pro contritione accepta, atque à spe, charitate, &c. distingui oportere, persuasi sumus.

THESIS V.

IMò renati, perfectiores facti, cognitione Christi, quoad incarnationem, passionem & mortem, minùs utuntur, *juxta Quakeros.*

Ita

R. BARCLAJUS, ut obtineat, quod asserere cœpit, *novum* illum *partum fidei*, seu *Christum in nobis, non fieri externâ prædicatione Evangelii*, seu *scientiâ Christi, vel historicâ* (quam ipse vocat) *in illum fide.* ad Apostoli verba II. Cor. V, 16. 17 provocat, ubi *excellentiam* & *necessitatem novæ creationis ita commendet, ut quodam respectu externam Christi cognitionem secundùm carnem deponere videatur*: (Respicit ad id, quod dicit Paulus, *se non amplius nosse* Christum *secundùm carnem*; quasi is loquatur de cognitione Christi secundùm humanam ejus naturam, quam *externum templum* vocat Barclajus, & officium in ea gestum. Hinc enim *apparere, Apostolum cognitionem Christi, quasi rudimenta quibus utuntur pueri, facere, quibus, postquam eruditiores facti sunt, minùs utantur.* Quanquam hæc eò simul redire videntur, quod GEORGIUS KEITHUS in Responsione ad disputationem nostram primam contra Barclajum, intuitivam Dei Christique cognitionem, jam in hac vita, abstractivæ cognitioni succedere, ideoque illam præ hac vilescere, disputavit.

ANTITHESIS V.

REnati, quantumcuque in hac vita perfecti, cognitione Christi quoad incarnationem, passionem & mortem, quotidiè fidem suam exercere & confirmare debent.

Paret hoc ex

CATECH. MAJOR. ubi expositâ ratione fidei, ex verbo Dei, de Dei gratia, Christique persona & officio concipiendæ, & Spiritûs beneficio in Ecclesia consequendæ concluditur: *Hoc quidem in præsentia de fide fundamenti pro simplicibus locandi gratiâ, dicta sufficiant, ne obruantur multitudine, ut hujus rei intellectâ jam probè summâ, ipsi postea hanc rem latiùs indagent, & quicquid in Scripturis didicerint, huc referunt, ac subindè locupletiorem intellectum quotidianis incrementis consequantur. Quotidiè enim hac, quamdiu hîc vivimus, docentes & discentes, vix unquam satis discemus aut docebimus*: p. 504.

Hoc

Hoc eſt,

Quòd etiam antegreſſi Enthuſiaſtæ cognitionem Chriſti, qualis ex Scripturæ doctrina prædicata aut lecta naſcitur, tanquam literalem ac ſterilem, faſtidierunt; cùm ſe renatos & altiùs illuminatos exiſtimarent. Sic WEIGELIUS laudat illud, quod in *Theologia Germanica* Cap. I. habetur: *Perfectum, incomprehenſibile bonum, non poſſe venire & cognoſci priùs, quàm deſierit, quod ex parte eſt, & creaturam cum omni ſua efficacia virtute & alacritate oportere quieſcere, & annihilari in ſe ipſa; tunc demùm venire perfectum, tunc cognoſci objectum incomprehenſibile, nempe DEUM*; &c. Ipſe verò nomine imperfecti illius, quod ceſſare aut quieſcere debeat, intelligit cognitionem ipſius Chriſti ex verbo, quam literalem vocat. Güldengr. Cap. XII. pag. 36. 37.

Obſervatio.

Non eſt quæſtio, an ſimpliciter neceſſarium ſit, ut fideles ad fidei ſuæ conſervationem ſemper in Codice Scripturæ hæreant, quoad actum externum lectionis vel auditûs; nec niſi ſub his præcisè verbis fidei actus exercere poſſint? Hoc enim nobis falſo tribui, aliàs in diſputationibus II & IV. contra Quakeros oſtendimus. Quæritur autem de cognitione ex parte ipſius objecti, cùm materialis, tùm formalis; ſive, an fides renatorum propria, circa paſſionem & mortem Chriſti, tanquam objectum ſuum primarium conſtanter occupetur, idque ſub ratione revelationis in Scripturis ſacris comprehenſæ? quod nos affirmamus; Quakeri negant.

CAPUT IX.

De

REGENERATIONE ET CONVERSIONE.

Thesis I.

Regeneratio aut Conversio, *juxta Quakeros*, non consistit in hoc, quòd homo peccator, fide in Christi meritum hactenus destitutus, fit credens in meritũ Christi; sed in eo, quod consequitur internum quendam sensum, agnitionem & displicentiam peccatorum; ac simul intra se percipit dictamen efficax agendorum erga Deum, proximum & seipsum.

Sicut enim

Corruptionem originalem pariter, ac fidem ipsam, perversè explicant; quod Cap. præced. VI. & VIII. ostendimus; ita Regenerationis & Conversionis opus, quô à peccato liberamur, fidemq; consequimur, in alienum sensum trahunt. Barclajo idem est, *converti homines*, atque *redargui de peccato*, & *doceri*, *quod sibi fieri nolunt, alteri non facere*, quasi *in quibus ipse Christus affirmet, omnia includi*. Th. V. & VI. pag. 62. & 64. Idem in Apol. hujus theseos, §. XXV. p. 112. *gratiam* conversionis expositurus, velut ex mente Apostoli *Tit*. II, 11,

Antithesis I.

Regeneratio aut Conversio, *juxta Protestantes*, in eo consistit, quòd homo peccator, fide in Christum hactenùs carens eò perducitur, ut credat in Christum: non autem in hoc, quòd ad agnitionem ac detestationem peccatorum, & propositum serium vitæ melioris, absque tamen fide in mortem Christi, perducitur.

Pertinet huc, quod

Apol. Aug. Conf. ad artic. IV. V. & VI. p. 68. scribit: *Hæc igitur fides specialis, quâ credit unusquisque sibi remitti peccata propter Christum -- regenerat nos, & affert Spiritum sanctum, ut deinde legem Dei facere possimus*. Et ex adverso in Catech. Maj. Explic. Symb. Ap. Art. III. p. 498. *Ubi de Christo nihil docetur, ibi neque ullus est Spiritus sanctus, qui Christianorum* (renatorum & conversorum) *communionem solet constituere &c.* Et sic absque fide illa in Christum nemo fit Christianus, nemo regeneratur aut convertitur.

in hoc

in hoc consistere dicit, quod *totum nos doceat officium, primò temperanter vivere, quod comprehendat temperantiam, castitatem, & modestiam, & ea, quæ nostrâ peculiariter intersunt. Secundò justè, quod comprehendat æquitatem, justitiam & honestatem, & ea quæ ad proximum spectant: & denique, piè, quod comprehendat sanctitatem pietatem & devotionem, eaque omnia, quæ ad Dei cultum & officium hominis erga Deum spectant.* Alibi *Vivificationem fieri* dicit, *dum Jesus Christus per suam divinam illuminationem tangit corda hominum in peccatis mortuorum, atque ita sensibiles ipsos facit, tum peccatorum suorum, tum Judicii & misericordiæ divinæ*: sic *regenerationem* inchoari, & in his, qui *non resistunt, veram produci*, perhibet. Animadv. in Nic. Arnoldi Exerc. de Quaker. p. 26. 27. Atque ita eos, qui *externè non noscunt Christum*, i. e. de passione, morte & merito ejus, quæ extra nos in sua persona & officio in diebus carnis præstitit, nihil nôrunt, neque adeò ita in Christum credunt, *vim* tamen *& virtutem ejus sentire*, atque *intus noscere nomen Jesu realiter (quod servatorem significet) redimens illos in cordibus à peccatis & iniquitatibus eorum*; ita converti eos, & *per illud nomen salvos fieri*. p. 113. Conf. Animadv. contra Nic. Arn. p. 28. Sic porrò conversionem *Cornelii* centurionis *Act.* X. 34. explicaturus, *timorem Dei & operationem justitiæ, non externam aliquam scientiam, esse qualificationem* illam *necessariam* perhibet, *qua homines salutem consequantur*. pag. 115. Sic etiam idem in Catechismo suô, Cap. IV. quod est de Regeneratione von der neuen Geburth / nihil habet de productione aut consecutione fidei in meritum Christi; sed huc solùm refert *internam manifestationem Christi* (tanquam luminis monstrantis agenda) *& unionem, quam sancti cum eo habeant*. p. 18. seqq. Neque aliter I. N. & Ed. Bourrough, locis ad Th. præc. citatis. Quibus addi possunt James Parnel. Ondersoek des Geloofs p. 3. & William Penn. Gl. und Erfahr. Sect. V. VI. VII. quamvis non sub expressis notionibus Regenerationis & Conversionis; *Pœnitentiæ* tamen, *Mortificationis, Abnegationis sui ipsius, Mortis quotidianæ. Sanctificationis, Ablutionis & Mundationis à peccatis & immunditie*, quæ juxta illos quoad rem eodem redeunt: uti infrà videbimus.

Præiverunt

Jam olim hæretici plures, qui veram fidei in Christum rationem

nem

nem & naturam negligentes, conversionem aut regenerationem per qualemcunque à peccatis discessum aut separationem, & melioris vitæ propositum aut conatum, descripserunt. Certè apud MANICHÆOS pariter ac PELAGIANOS alia non invenies. De fide in sanguine Christi altum est silentium. MONTANISTARUM & MESSALIANORUM hactenùs non est dissimilis sententia. SCHWENCKFELDIUS, WEIGELIUS & sequaces, de Regeneratione & Conversione non docent rectius: sed quando per hæc fieri dicunt, ut *Christus in nobis se manifestet*, non tamen id intelligunt de assensuali fiducia promissionibus de gratia Dei propter Christi meritum innixa, sed de operatione tanquam luminis, quô inter peccata & sanctas actiones discernamus, & relictis illis ad has accingamur aut excitemur. Sic *Schwenckfeldius* ipse in Explic. Evang. Joh. III. Dom. Trinit. *Regenerationem* describit, daß sie sei eine Ausziehung des alten gotlosen Menschens und eine Anziehung des innerlichen neuen geistlichen Menschens/ omissâ significatione consequendæ fidei in merito Christi defixæ. Ne dicam, quod fidem ipsam per obedientiam describunt: quemadmodum ex Cap. præced. ad Thes. III. patet.

Observatio.

Non ideò taxamus Quakeros, quòd ad regenerationem adultorum, seu conversionem, requirunt agnitionem peccatorum, cum dolore conjunctam. Nec negamus, quòd cum fide in Christum illicò oriatur propositum sanctè vivendi aut obediendi Deo: sed quòd fides in Christum, quæ in regenerationis aut conversionis opere præcipuum est, quod in nobis nasci aut fieri debet, ut, tanquam ad Deum reversi, nempe per Mediatorem ac meritum ejus, impetremus gratiam remissionis peccatorum & adoptionis &c. perperam omittitur aut negligitur, quòdque illa mutatio hominis, per qualemcunque peccatorum retractationem, aut pravarum cupiditatum abolitionem, & studium vitæ sanctioris, aut obedientiæ, describitur; hoc inter errores referri omninò debere, persuasi sumus.

THESIS

THESIS II.

FIt autem Regeneratio illa, *juxta Quakeros*, quando Lumen internum substantiale, quod per modum potentiæ, in certa mensura, hominibus inest; in actus sibi congruos ita transit, ut simul in substantiam oppositam pravam, ex lapsu Adami in eos derivatam, agat, eamque minuat & corrumpat, ut minus efficax fiat ad actus pravos in illis producendos; ipsa autem bona substantia in iis prævaleat, & sic sensibilis quædam unio inter hominem & Deum, in homine producatur.

Videatur

Inprimis R. BARCLAJUS Apol. Th. V. & VI. §. XIV. pag. 84. ubi docet; *Lumen* illud *universale & salutiferum*, de quo in titulo ac thesibus ipsis loqui cœperat, *esse realem, spiritualem substantiam, quam anima hominis apprehendere & sentire potest: & ex hac realem & spiritualem partum seu novam creaturam, novum hominem in corde provenire & oriri*: nimirum, ut paulò post

ANTITHESIS II.

PEr regenerationem & Conversionem non minuitur, aut corrumpitur in nobis substantia quædam prava: nec Lumen internum, quod sit substantia quædam bona, incrementum capit & prævalet: neque unio substantialis inter Deum & hominem in homine producitur: *juxta nostrates*.

Scilicet

Negant Nostri, Peccatum, quod in nobis per regenerationem minuitur, & in tantum corrumpitur, esse substantiam, (quemadmodum suprà Cap. II. Antith. II. vidimus, ex FORM. CONC. ejusque SOL. DECL. art. I.) ideoque nec substantialem, sed accidentalem mutationem in regeneratione aut conversione locum habere statuunt. Vidd. Wi-

O lo-

loquitur; postquam *internum & substantiale illud semen radicem in nobis*, sive *in cordibus nostris, obtinuit*; pag. ead. aut, quando *sanctum hoc semen nonnihil in hominibus operatum est, & aliquantulum natura sua fermentavit illos*. pag. 85. atque ita *nos spirituales sensus assequi, quibus gustare, odorari, videre, contrectare, quæ Dei sunt, possimus*: pag. 84. imò *redemti realiter à prævalentia iniquitatis* (i. e. pravi seminis) *ad sensibilem cum Deo unionem veniamus*. Apol. Th. VII. pag. 127. Sic etiam intelligi possunt, quæ apud socios v. g. *J. N.* Liefde tot de verloorne, pag. 36. sectione XVI. aengaende de Nieuwe Geboorte; EDOUARDUM BOURROUGH in Standaerte Cap. XIX. pag. 22. aliàs non tàm facilè assequendo interiore sensu, habentur.

GANDUS & SCHLÜSSELBURGIUS contra Schwenckfeldium; GERHARDUS & THEOL. LUB. HAMB. & LUN. ll. cc. ad Thesin II.

Sunt autem istæ

Interpolationes sententiarum veterum Enthusiastarum, de purgatione animarum, quoad substantiam, illis hactenus inexistentem. MANICHÆI, teste Augustino, statuerunt, *carnalem concupiscentiam, tanquam substantiam contrariam, quando liberamur & purgamur, separari à nobis*. vid. *August*. de Hæres. cap. 46. p. m. 225. MESSALIANI, eôdem teste, dicebantur nonnullis etiam longiùs progressi, ac *de purgatione animarum nescio quàm phantasticam & ridiculam fabellam narrare, porcum scilicet cum porcellis suis videri exire de ore hominis, quando purgatur; & in eum visibili similiter specie ignem, qui non comburat, intrare*. cap. LVII. p. m. 280. Quam narrationem quamvis ut incertam allegare videatur Augustinus; attamen non tàm de eô dubitat, an statuerint Messaliani mutationem substantialem in homine, dum convertitur? quàm de eo, utrum corporalem & visibilem exitum porcæ & porcellorum &c. illi asseruerint? Sed quicquid de illis sit, SCHWENCKFELDIUS profectò & WEIGELIUS regenerationem hominis ita descripserunt, ut hominem substantialiter mutari dicerent. Illius celebris est locus in Explic. Evang. Johan. III. Dom. Trin. ubi *Regenerationem* describit, quod sit *Depositio veteris peccaminosæ substantiæ, & indutio novæ ac piæ substantiæ per Christum & Spiritum sanctum, quando vetus damnata & peccato penetrata caro per Spiritum Dei in homine mactatur, permutatur & renovatur*: Germanicè: Eine Ablegung des alten

sünd.

sündlichen Wesens/ und eine Anlegung des neuen geistlichen Wesens/ durch Christum und den heiligen Geist -- wann das alte verdamte mit der Sünden durchtriebene Fleisch durch den Geist Gottes an Menschen abgewürget / verwandelt/erneuert wird. *Weigelii* loca ex utraque Parte Postillæ, uti ex Dialogo de Christianismo, collecta exhibet B. *Gerhardus* Dispp. Acad. II. contra Weigelianos §.21. p. m. 359. ex quibus manifestissimus est, quem postremum citat: Das ist auch die renascentia substantialiter und leiblich/ denn einen neuen himmlischen Leib bekomt der Mensch aus Christo. Confer *Theol. Lubec. Hamburg. & Lüneb.* Lehr- und Schutz-Schrifft P. II. p. 352. seq. §. 67.

Observatio.

Licet verba illa sensuum, *gustûs, odoratûs, visûs, tactûs*, non corporali aut carnali, sed mysticô sensu à se accipi, fortasse dixerint Quakeri; non ideò tamen immunes sunt ab errore hîc annotato. Nam de substantiali, non præcisè de corporali mutatione h. l. quæstio est; quamvis, qui magis & minus in substantia illa, quoad partes & mensuram, affirmant; quantitatem & corpus hôc ipso asserere non temerè videantur.

Thesis III.

Itaq; Regeneratio hæc, *juxta eosdem*, non fit per doctrinam lectu vel auditu perceptam, & virtute divinâ instructam; sed immediatè per Lumen illud substantiale internum.

Hujus enim est,

Docente Barclajo, *illucere cordibus in ordine ad salutem, redarguere*

Antithesis III.

Fit autem Regeneratio & Conversio, *secundùm Nostrantes*, per doctrinam Legis & Evangelii lectam vel auditam, concurrente divinâ virtute: non immediatè per internum & substantiale quoddam Lumen.

Nam

Sicut regenerari & converti Nostratibus idem est, ac fidem in Chri-

peccatum omnium individuorum -- *perficere omnium salutem, ni obstent.* Thes. V. p. 62. idque etiam in his, quibus *externa Evangelii prædicatio ignota est;* -- illud autem *Evangelicum & salutiferum lumen & gratia inest.* Thes. VI. pag. 63. Hujus *internis & secretis viribus & contactibus à malo ad bonum convertuntur, licet historia* de Christo & *morte* ejus ignari. ibid. pag. 64. Quæ deinceps in adjecta Apologia prolixiùs proponuntur. Ac speciatim huc pertinet, quod §. XIV. XV. p. 85. *Semini illi sancto* quidem ejusmodi operatio tribuitur, quâ tanquam ex *naturâ suâ homines fermentet;* -- ita *ut multi possint sentire divini hujus & sancti seminis virtutem, eâq; à malo ad bonum converti, licet de Christi in terram adventu, per cujus obedientia & passionis beneficium hoc fruantur, prorsus ignari sint.* Repetendum etiam est, quod ad Th. II. dixerat Barclajus, *Spiritum Dei* in novo fœdere *docere, non mediantibus scriptis & libris;* sed *immediatè & objectivè* pag. 25. atque hoc esse *objectum formale fidei omnium* renatorum aut *sanctorum*. p. 13. seqq. Atque hæc est comunis sententia sociorum: ex quibus in rem præsentem vel inprimis memorandus est, THOMAS BAYLES Auctor libelli, sub titulo: Eine Relation von der Wiederkunfft und Reise eines Menschen aus einer langen und schweren Gefängnüß: cujus hoc principale argumentum est, quod in negotio conversionis, cùm frustrà de mediis extra se quibusvis solicitus, illisque intentus fuisset, solâ demùm Dei, intra se immediatè loquentis, voce in viam veram reductus atque ita à peccato liberatus, ad Deum pervenerit.

Et hæc etiam

Sententia fuit veterum Enthusiastarum: MESSALIANORUM præcipuè, qui & *baptismum* & *doctrinam* minùs necessaria esse regenerandis hominibus asseruerunt; oratione autem frequentatâ immediatè acceptum iri Spiritum S. promiserunt. Vid. *Theodoret.* L. IV. Hist. cap. XI. p. m

stum consequi; ita huc redeunt ea, quæ suprà ad C. VIII. Antith. III. ex AUG. CONF. art. V. observavimus, *Per verbum & sacramenta tanquam per instrumenta donari Spiritum Sanctum, qui fidem efficit; quodq; damnent* Nostri *Anabaptistas & alios, qui docent, Spiritum Sanctum*, & sic ab eo beneficia regenerationis & conversionis, *contingere hominibus sine verbo externo.* Conf. *Enthusiasmi* illa condemnatio ex Artic. Smalc. Part. III. art. VIII.

p. m. 163. 164. Quibus jungendus SCHWENCKFELDIUS, qui Lib. de verbo, docuit, *Homines posse absque externa prædicatione & sacramentis converti & salvos fieri. -- Sicut Abraham conversus est ad Deum* (sine doctore aut scripturâ externa) *sic oportere converti omnes homines. -- Nullam esse viam, nec ullum transitum ab oculis & auribus ad cor: ideò sacram scripturam & sacramenta non posse ad cor pertingere, sed manere tantùm apud sensus exteriores, & apud hominem exteriorem.* Vidd. quæ collegit *Schlüsselburg.* Lib. X. p. 164. 165. Error XL. & XLI. item p. 254. n. 47. & 48. Confer. p. 72. 73. 125. & quæ Theologi *Lubec. Hamb. & Luneb.* excerpserunt Præf. P. II. Lehr- und Schutz-Schrifft §. 7. p. 61. 62. 63. Imò & CAROLSTADIUS ac THOMAS MÜNZERUS, licet præparationes aliquas requisiverint à convertendis, conversionem ipsam tamen immediatè fieri contenderunt, velut per vivam Dei vocem homines erudientem: quam etiam vocârunt die Besprengung; additâ declaratione: So kömt der Besitzer in das Inwendige/ uñ gibt ins Hertz ein gewisses Urtheil von allen Dingen/ und also wird der Mensch der Creaturen entrissen. Vid. *Histor. Aug. Conf.* contra Ambr. Wolff. p. 25. 26. B. *M. Chemnit.* P. I. LL. c. VIII. de Lib. Arb. p. m. 498. *B. L. Hütter.* Præfat. Conc. Conc. p. 6. a. b. Unde nec de WEIGELIO dubitandum, aut testimonia prolixè adducenda erunt, præsertim quòd is in *Captura aurea* id prorsùs agit, ut mysterium illius artificii consistere doceat in interna auscultatione Spiritûs immediatè loquentis, citra concursum verbi externi, lecti vel auditi, & meditationis ejus. Atq; istos duces *Felgenhauerus* & *Theosophi* cæteri anxiô pede sequuntur.

Observatio.

Simulant aliquando Quakeri, quasi tantùm nolint Deo detrahere, quod ei proprium est. Sed reverà medium tollunt, per quod solùm Deus ordinariè operatur. Nam nec nos Deum & verbum prædicatum aut scriptum confundimus: potiùs tanquam agens principale aut causam principalem, & instrumentum ejus seu medium, distinguimus, quamvis conjunctim operari dicamus.

præcatium omnium individuorum -- per-ficere omnium salutem, ni obstent. Thes. V. p. 62. idque etiam in his, quibus *externa Evangelii prædicatio ignota est;* -- illud autem *Evangelicum & saluti-ferum lumen & gratia inest.* Thes. VI. pag. 63. Hujus *internis & secretis viribus & contactibus à malo ad bonum convertuntur, licet historiæ* de Christo & *morte* ejus ignari. ibid. pag. 64. Quæ deinceps in adjecta Apo[illegible] gia prolixiùs proponuntur. speciatim huc pertinet, [illegible] XIV. XV. p. 85. *Semina ill*[illegible] dem ejusmodi operat[illegible] *menter;* -- ita *ut mult*[illegible] *lo ad bonum conver*[illegible] *sionis beneficium* [illegible] ad Th. II. d[illegible] *diantibus* [illegible] *objectur*[illegible] hæc [illegible] ir

stum consequi; ita ha[illegible] quæ suprà ad C. VII. Aug. Conf. art [illegible] *Per verbum & s*[illegible] *instrumenta* [illegible] *qui fidem* [illegible] stri [illegible] Spir[illegible] f[illegible]

gene- versio. non si- u abstra- meditatio- externus, & iniscentia in-

Clara sunt

Nam hoc est, quod

In hanc rem R. BARCLAJI dicta, *præsertim* Apol. ad Th. XI. §. VI. & *VII.* ubi equidem de actibus cul-*tus* divini, eorumque principio & *origine* ex instituto agit; simul au-*tem* generaliter exponit, quomodo *motus* & actus sancti, atque adeò *etiam* illi, quibus ipsa regeneratio & conversio fieri solent, oriantur: Nimirum ut *secreta virtus & vis vitæ noscatur animam reficere, & puri motus ac respirationes Dei Spiritus sentiantur emanare, -- requiri, ut homo tacitè Deo attendat. Nam nec acquiri, nec com-*

Aug. Conf. Art. V. post ea, quæ suprà memoravimus, *per verbum & sacramenta, tanquam per instrumenta, donari Spiritum Sanctũ, qui fidem efficit,* mox addunt; *in his, qui audiunt Ev-angelium:* subjectum regeneratio-nis indicantes, & pædagogiam ei necessariam. Et in Artic. Smalc. l. c. pag. 333. scribitur: *Quare in hoc nobis est constanter perse-verandum, quòd Deus non velit nobis-cum aliter agere, nisi per vocale verbum & sacramenta, & quòd, quicquid sine verbo & sacramentis jactatur, ut spiritus preben-*

prehendi illa *aliter posse -- nec illud adeo esse aut præstitisse, nisi qui senserunt, nihil externum, nullas ceremonias, nullas observationes, nulla verba, licet optima verba, ne quidem Scripturarum verba, animis suis defessis & languentibus satisfacere, quin præsentibus omnibus vim, virtutem & vitam, quæ ista omnia efficacia faciunt, abesse posse. His, it, ab omnibus externis abstractos esse necesse fuisse,* & *ante Deum & ad internum illud in semetipsis principium convertere, quasi ad Doctorem issimum, qui nunquam in angulum removeri potest; illinc edoctos esse* re- Quakeros) *ad Deum attendere in mensura vitæ & gratiæ ab eo receptæ, & rbis & actis in naturali voluntate & comprehensione cessare, & internum en sentire, ut movente illo ii etiam moveantur, & virtute ejus agantur, , initium esse modum illum sedendi simul* (in congregationibus) *endi ad Dominum.* pag. 226. 227. Ita *cùm interna animi quies ; Dei testem in corde exurgere, & lucem Christi lucere, unde anima n videat. Et cùm multi eodem hoc opere purgentur, ibi fieri intercitationem, & si in mensura gratiæ permaneatur, etiam superariam in vim & spiritum tenebrarum obtineri.* pag. 228. Ipse ...que suæ conversionis exemplum commemorat p. 229. *qui non vi argumentorum, nec particulari uniuscujusque doctrinæ disquisitione, & intellectûs convictione, veritatem recipere & pro ea testificari adductus sit, sed secretò hâc viâ conjunctus, ita ut, quando in silentes Dei populi conventiones venerit, secretam vim senserit inter eos, quâ tactum sit cor suum, & prout ei ipse cesserit, malum in se debilitari, bonum autem suscitari observaverit, & hoc modo eis conjunctus & unitus fuerit &c.* Nam *reverà hôc modô certissimè fieri Christianum.* Conf. p. 232. 237, ubi & probationes varias sententiæ hujus affert, & diducendo latiùs explicat. Eadem autem est communis sociorum sententia. vid. WILLIAM PENN Forderung der Christenheit fürs Gericht und Heimsuchung der Liebe / &c. p. 67. 68. ubi viam conversionis ostensurus scribit: Sitzet ihr in Stillheit / ruhende von eurem eigenen Willen und Lauffen (quô nomine etiam omnem usum verbi externi ejusque meditationem intelligit) und wartende auf den HErrn / mit euren Gemüthern in dem Liechte befestiget / damit Christus euch hat erleuchtet / biß daß der HErr mit seinem Leben euch anblaset / euch erquickt / euch bereitet und eure Geister und Seelen auffweckt / euch geschickt zu machen / ihm ein rein

(in silentio illo illabens aut illapsus) *sit ipse Diabolus.*

EX adverſo ad recipiendam operationem divinam, quâ regeneremur, Silentium quoddam præſtandum eſt, *juxta Quakeros*, non ſolùm linguæ, cum ceſſatione motuum corporis externorum conjunctum; ſed abſtinentia à lectione, auditu ac meditatione etiam tacita, verborum ac doctrinæ in ſacris Scripturis contentæ; Imò abſtractio mentis ab omni cogitatione: Sic futurum, ut interni illius luminis efficaciam cum fructu ſalutari ſentiamus.

Clara ſunt

In hanc rem R. BARCLAJI dicta, præſertim Apol. ad Th. XI. §. VI. & VII. ubi equidem de actibus cultûs divini, eorumque principio & origine ex inſtituto agit; ſimul autem generaliter exponit, quomodo motus & actus ſancti, atque adeò etiam illi, quibus ipſa regeneratio & converſio fieri ſolent, oriantur: Nimirum ut *ſecreta virtus & vis vitæ noſcatur animam reficere, & puri motus ac reſpirationes Dei Spiritus ſentiantur emanare, -- requiri, ut homo tacitè Deo attendat. Nam nec acquiri, nec com-*

REquiritur ergò ad regenerationem & converſionem, *juxta Noſtrates*, non ſilentium quoddam, ſeu abſtractio mentis ab omni meditatione; ſed uſus verbi externus, & meditatio ac reminiſcentia interna.

Nam hoc eſt, quod

AUG. CONF. Art. V. poſt ea, quæ ſuprà memoravimus, *per verbum & ſacramenta, tanquam per inſtrumenta, dnari Spiritum Sanctũ, qui fidem efficit*, mox addunt; *in his, qui audiunt Evangelium:* ſubjectum regenerationis indicantes, & pædagogiam ei neceſſariam. Et in ARTIC. SMALC. l. c. pag. 333. ſcribitur: *Quare in hoc nobis eſt conſtanter perſeverandum, quòd Deus non velit nobiscum aliter agere, niſi per vocale verbum & ſacramenta, & quòd, quicquid ſine verbo & ſacramentis jactatur, ut ſpiritus preben-*

prehendi illa *aliter posse -- nec illud adeptos esse aut praestitisse, nisi qui sentiunt, nihil externum, nullas ceremonias, nullas observationes, nulla verba, licet optima verba, ne quidem Scripturarum verba, animis suis defessis & languentibus satisfacere, quin praesentibus omnibus istis, vim, virtutem & vitam, quae ista omnia efficacia faciunt, abesse posse. His,* inquit, *ab omnibus externis abstractis esse necesse fuisse,* & *ante Deum silere, & ad internum illud in semetipsis principium convertere, quasi ad Doctorem excellentissimum, qui nunquam in angulum removeri potest; illinc edoctos esse* renatos (Quakeros) *ad Deum attendere in mensura vitae & gratiae ab eo receptae, & sic à suis verbis & actis in naturali voluntate & comprehensione cessare, & internum hoc vitae semen sentire, ut movente illo ii etiam moveantur, & virtute ejus agantur.* Hinc addit, *initum esse modum illum sedendi simul* (in congregationibus) *silenter attendendi ad Dominum.* pag. 226. 227. Ita *cùm interna animi quies & introversio fit; Dei testem in corde exurgere, & lucem Christi lucere, unde anima conditionem suam videat. Et cùm multi eodem hoc opere purgentur, ibi fieri internum laborem & luctationem, & si in mensura gratiae permanetur, etiam Superationem & victoriam in vim & spiritum tenebrarum obtineri.* pag. 228. Ipse denique suae conversionis exemplum commemorat p. 229. *qui non vi argumentorum, nec particulari uniuscujusque doctrinae disquisitione, & intellectûs convictione, veritatem recipere & pro ea testificari adductus sit, sed secretò hâc viâ conjunctus, ita ut, quando in silentes Dei populi conventiones venerit, secretam vim senserit inter eos, quâ tactum sit cor suum, & prout ei ipse cesserit, malum in se debilitari, bonum autem suscitari observaverit, & hoc modo eis conjunctus & unitus fuerit &c.* Nam *reverà hôc modô certissimè fieri Christianum.* Conf. p. 232. 237. ubi & probationes varias sententiae hujus affert, & diducendo latiùs explicat. Eadem autem est communis sociorum sententia. vid. WILLIAM PENN Forderung der Christenheit fürs Gericht und Heimsuchung der Liebe / &c. p. 67. 68. ubi viam conversionis ostensurus scribit: Sitzet ihr in Stillheit / ruhende von eurem eigenen Willen und Lauffen (quô nomine etiam omnem usum verbi externi ejusque meditationem intelligit) und wartende auf den HErrn / mit euren Gemüthern in dem Liechte befestiget / damit Christus euch hat erleuchtet / biß daß der HErr mit seinem Leben euch anblaset / euch erquickt / euch bereitet und eure Geister und Seelen auffweckt / euch geschickt zu machen / ihm ein

(in silentio illo illabens aut illapsus) *sit ipse Diabolus.*

rein

rein und geistlich Opffer auffzuopffern: Add. pag. 83. 84. 106. 107. inprimis pag. 90. Ubi interrogat: Ich sag / ist der Mensch in euch still? Ist des Menschen Geist in Ruhe? eingezogen aus allen Bildern / Ideen / Figuren oder eigene Concepten / umb zu hören / was Gott zu ihm sprechen will durch seinen Sohn? THOMAS BAYLES in sua Relatione suprà citata valde prolixus est, ut doceat, frustrà se circumspexisse ad omnia conversionis media, tandem in silentio illo beneficium obtinuisse.

Præcesserunt autem

Enthusiastæ antiquiores, interque eos CAROLSTAD. in negotio regenerationis requirens moram aliquam in silentio, die lange Weile / priusquam contingat aspersio. ll. cc. ad Th. præc. aut ut Hist. Aug. Conf. p. 26. voces hominis recenset: Im Leiden der Weisen / in Gelassenheit / in Vergessenheit / in einer ledigen unbekümmerten Seele / in klarer Leuterung. Eadem MÜNZERO tribuuntur à *M. Chemnitio* P. I. LL. Cap. VIII. p. m. 203. VAL. WEIGELIUS *Sabbati interni* nomine æquè ac *silentii* utitur. Part. II. Post. p. 223. In der Bekehrung / ait, muß der Mensch leiden im Sabbath / und den göttlichen Einsprechen Raum und Statt lassen / &c. & pag. 230. Es muß alles in eine Stille kommen / soll ich das göttliche Einsprechen hören und vernehmen / das ist / soll ich erleuchtet und gläubig gemacht werden / so muß ich in mein Kämmerlein gehen / und auf ein Winckel kriechen / in einer Stille auf Gott warten / welches in einer Stille / die Buchstäbische (id est, literæ Scripturarum addicti Theologi) Enthusiasterey und Schwermerey heissen. Nec ignotum est votum illius, quod ibidem pag. 229. emisit: O möchte ich ein Klotz seyn / oder soviel wircken / als ein Klotz / nur eine halbe Stunde / ich würde ein Prophet und Apostel. Latinam quoque vocem *silentii* & cum addito, *silentii sacri*, exprimit p. 86. & 216. Plura ejusmodi legimus in Dialogo de Christianismo; in tractatu, cui titulus, Principal und Haupt-Tractat von der Gelassenheit / & Güldengriff / apparent: quô posteriore libello evolvi possunt Cap. V. p. 14. Cap. VI. p. 17. Cap. XII. p. 36. Cap. XIII. p. 39. 40. 41. Cap. XXVII. p. 72. Cap. XXVIII. p. 74. Inprimis autem, quale intelligat silentium & Sabbatum, in tractatu postremo Cap. VIII. p. 21. explicavit: Wer / ait, alle eusserliche Sinne / sambt der Imagination, kan still halten / und sich

hinein

hineinkehren in den inwendigsten Grund der Seelen/ in stiller Gelassenheit auf Gott warten in ihm selber/ und in ein vergessen kommen seiner selber und aller Dinge/ der wird in seinen Verstand von Gott erleuchtet/ und das heist von Gott lernen. Et in Tractatu von der Gelassenheit/ p. 17. Ein recht gelassen Mensch muß die H. Schrifft gelassen/ und nicht um den Buchstaben wissen/ sondern eingehen in Krafft des HErrn. FELGENHAUERI dicta similia exhibent *Lub. Hamb. & Luneb.* Ausführl. Bericht Mot. IV. §. 299. p. 152. HOMBURGII flosculos vide apud eosdem, Warnung contra Prætorium pag. 57 in der Prüfung des Geistes El. Prætorii pag. 227. in der Lehr- und Schutz-Schrifft pag. 100, 143. 711. & alibi.

Observatio I.

Facilè patet, non negari à nobis, (1) quòd ad veram ac salutarem conversionem requiratur cessatio à peccatis contra conscientiam; neque (2) quòd in actuali usu verbi, tanquam medii gratiæ, abstractio animi à rebus peregrinis; neque (3) quòd meditatio etiam tunc fieri possit, quando externi sensus, visûs auditûsque, quiescunt, aut verbum nec scriptum oculis legitur, nec vivâ voce prædicatum auribus percipitur: modò priùs hâc viâ ad animum penetraverit doctrina, ac memoriæ fixa inhæreat Aliud autem est, quicquid horum conceditur; aliud, quod Quakeri Silentii nomine intelligunt, non tàm à peccatis aut curis secularibus; sed à meditatione etiam tacitâ doctrinæ sacræ & dictorum Scripturæ efficacissimorum, à discursu & principiorum æquè ac conclusionum fidei consideratione ac ruminatione.

Observatio II.

Monet *R. Barclajus, non ita se silentium commendare, quasi lege aliquâ* ipsi se *ei adstringant, ad excludendam externam orationem aut elocutionem*: Apol. ad Th. XI. §. IX. pag. 231. quemadmodum nec videri vult externum Scripturæ usum, (quoad lectionem & auditum) aut meditationem, contemnere; qui potiùs *usum* illius *Ecclesiæ & solatio plenum & perutilem* esse agnoscat. Apol. Th. III. §. II. p. 38. attamen nec diffitetur, quin *judicet, primô locô, aliquô ad silentium illud spatio opus esse, ut qui audiunt verbum,*

bum,

bum, *sensum habeant discernendi inter pretiosum & vile*: quem videlicet lumen internum immediatè producat, dum mens ab omni cogitatione etiam hujusdem objecti, & contextûs, & regularum quarumvis bonæ interpretationis, abstracta quiescat.

THESIS V.

IN ipsa regeneratione aut conversione, si non semper, sæpè tamen locum habet, *ex ipsorum sententia*, corporis quidam Tremor sensibilis: tanquam reluctante naturâ, quando lumen illud internum mentem occupat, & sensum sui internum fortiorem largitur.

Hoc est,

Quod *Quakeris* originem hujus appellationis dedit in Anglia: Latinâ enim voce *trementes* dixeris: uti & Belgis dicuntur *Bevers* & Germanis non raro die Bebenden. BARCLAJUS ipse Apol. ad Th. V & VI. §. XXV. pag. 111. admonens & obtestans doctos omnes & sapientes, ut ad fidem suam se patiantur converti; *ut sileant*, postulat, *& quasi in cinere sedeant, & lumen Christi in conscientiis suis audiant*: promissionem fructûs salutaris additurus;

ANTITHESIS V.

IN Conversione, quamvis terrores conscientiæ incussi locum habeant, *juxta Nostrates*, illique interdum etiam corpus in consensum trahant; non tamen æquè tremor ejusmodi, qui ex luminis interni & immediati influxu, & naturæ reluctantia oriatur, agnoscitur.

Equidem

Majoribus nostris, cùm confessiones publicas ederent, non perinde data est occasio peculiaris de Tremore illo, de quô nunc adversùs Enthusiastas agendum est, sententiam suam enunciandi. Alienos tamen ab eo fuisse omninò fatendum est: quemadmodum Enthusiasmo, in *Articulis Smalcaldicis* & aliàs, apertè se opposuerunt. Anabaptistarum tremorem, primis annis non illicò animadversum; cùm tamen innotesceret, mox ca-

ad id,

ad id, ait, *si attenderint, sentient quasi gladium ancipitem in cordibus suis, & quasi ignem & malleum, quæ contundent & exurent acervata illa hypocritica & carnalia rudera, ac omnium audacissimos & impavidissimos contremiscere facient, ut reverà Quakers, i.e. tremuli fiant.* Rationem autem hujus tremoris clarius exponit Apol. ad Thes. XI. §. VIII. pag. 230. ubi *de partu* illo, quo novus homo in nobis formandus aut enitendus est, differens, *dum tenebræ lucem obscurare disceptant*, scribit, *& lux per tenebras erumpit, gravissimus adeò erit in anima labor, ut etiam externum hominem afficiet; ita ut per has operationes corpus frequenter mirè agitetur &c.* & pag. seq. 231. de pluribus in conventu *virtutem Dei* in se *effusam*, sed & *adversarii potestatem, qui contra* eos *operatur, sentientibus*, & *cum* hac *disceptantibus*, loquens; *talis*, inquit, *internus erit labor, dum unusquisque malum in se ipso superare studet, ut impetuosis contrariis operationibus oppositarum illarum potestatum, quasi contrariorum refluxuum motûs, singuli magnopere exerceantur, quasi in die prælii; & sic Tremor & corporis motus superveniet &c.* Hinc nomen *Quakerorum* i.e. *Tremulorum*, sibi & sociis *impositum* esse fatetur. Idem Animadv. ad N. Arn. Exerc. pag. 3. *tremorem* illum *corporis, à certo Dei gloriosi præsentiæ ejusque reverentiæ sensu provenire*, affirmat. Add. ejusd. Catech. Cap. XII. q. 94. 95. 96. Videri autem præterea possunt WILLIAM CATON, Beschirmung pag. 8. & 25. Schall der Warheit pag. 14. FR. HOWGILL, Erbtheil Jacobs/ pag. 9. 10. ED. BOURROUGH Standaert, Cap. XIX. pag. 27. STEPH. CRISP. Triumph. pag. 5. 6. TH. LAWSON. Antwort ad disp. Zentgraffii pag. 15. WILL. PENN, Glaub und Erfahrenh. sect. XIV. pag. 154. seqq.

stigavit C. *Schlüsselburgius*, loc. cit.

Sed antecesserunt

Non solùm FOEMINÆ gentilium FATIDICÆ & furibundæ, præsertim Pythiæ Delphicæ, quas cum Quakeris confert *Edmundus Dickinson* in Delphis Phœnicissantibus cap. IX. pag. 90. Sed & fœmina illa tremula PSEUDOPROPHETISSA, cui *Marcus* hæreticus persuaserat, quòd prophetandi potentiâ polleret, ipsaq; hinc animo incalescens, τῆς καρδίας πλέον τοῦ δέοντος παλλούσης, *corde plus quam par erat palpitante*, confidenter nimis verba facere mox ausa fuerit: apud *Irenæum* Lib. I. adv. hæres. cap. IX. p. m. 70. D. 71. C. edit. Feuard. Quibus non abs re

adjun-

adjungi solet MUHAMMED, impostorum pessimus, qui cùm è comitiali morbo nonnunquam prostratus trepidaret, conspectum Angeli ad se descendentis ferre se non posse affirmavit: teste *Zonara* T.III. Annal.fol.127.. Viciniores autem nostris sunt ANABAPTISTÆ, *Enthusiastici* & *Exstatici* illi, de quibus *Conr. Schlüsselburg.* Lib. XII. Cat. Hæret. pag. 24. *Corruunt in terram, tanquam Epileptici. ibique miris gestibus dementant stolidum populum, aut tremunt toto corpore, aut jacent ut trunci. Reversi ad se, mirabiles visiones jactant.* Eodem referri solet, quod *Val. Weigelius* P.II. Postill. pag. 228. scripsit: Ein jeder muß auff Christum warten / am Sabbath ihme stille halten / in Furcht und Zittern seines Heils warnehmen etc.

Observatio. I.

Non tantùm in negotio conversionis aut regenerationis, verùm etiam aliàs, ubi Lumen substantiale, illabens in animos, minùs præparatos & velut extra se vagantes invenit; tremorem illum oriri docent. Nobis autem h. l sufficit, considerare, quomodo ipsum conversionis processum tremor ingredi censeatur.

Observatio. II.

Quamvis à tremore illo Quakeros denominari constet, *Barclajus* tamen Animadv. ad Exam. Nic. Arn. de Quak. p. 3. scribit: *Nos tremorem corporis professioni nostræ essentialem nunquam affirmavimus: licet quibusdam accidere possit.* Idem verò non solùm singulis, sed & *plerisque & aliquando omnibus* in conventu publico Ecclesiastico, *tremorem istum & corporis motum supervenire*, refert, *si forte adversarius* aliquantulum *in tota congregatione prævaluerit, & fortiter in eam operetur, tenebrosam suam potestatem obumbrando, & propagando, & animos eorum, qui congregati sunt, à vita in semetipsis extravertendo.* Apol. Thes. XI, §. X. p. 230. 231.

Observatio. III.

Irascitur WILLIAM AMES in tract. die Ruhe Christi und seines [...] gerechtfertiget Cap. XIX. p. 43. 44. *B. Joh Lassenio*, qui in Hist. Quak.

Quak. p. 9. 10. de Quakeris commemoraverat, quod cùm contremiscunt, aliquando & *spumam emittant:* quale spectaculum in Anglia ipse oculatus testis observáverit. Et THOMAS LAWSON pag. 15. in Respons. ad Disputat de Colluvie Quakerorum sub præsidio *B. Dannhaueri*, Resp. *M. Zentgraffio* habitam, calumniæ postulat auctorem, qui inter cætera de conjunctis cum tremore inconditis motibus, clamoribus, &c.: *miras gesticulationes ab iis exerceri*, scripserat. Sed *Barclajus* l. c. p. 230. fatetur, *corpus* hominis Quakeri *frequenter mirè agitari, imò quasi parturæ angustias sentiri. De boatu* autem etiam horrendo Quakerorum testatur Auctor Dissertat. de Statu hodierno in Anglia Walt. Scot. & Hibern. pag. 11.

CAPUT X.

De

JUSTIFICATIONE.

QUAKERORUM	PROTESTANTIUM
THESIS I.	ANTITHESIS I.
Justificatio & magis propriè & frequenter in Scriptura in propria sua significatione sumitur, quâ scilicet significat justum facere, non justum aliquem reputare.	Justificationis vox & proprie & frequenter in Scriptura significat, reputare justum aliquem, velut actu judiciali.
Verba sunt	Videatur
R. BARCLAJI Apol. Thes. VII. §. IV. p. 129. 130. quibus respondent, quæ habentur §. VII. p. 135.	FORM. CONC. art. III. P. Aff. num. V. p. 585. & SOLID. DECL. p. 685. quô utroque loco dicitur, *voca-*

136.

136. uti docet, *verbum justifico, à justitia formatum procul omni dubio significare eum, qui justus factus est. Cùm nihil sit, nisi compositio verbi facio & adjectivo justus, quod nihil aliud sit, quàm justifico, id est justum facio:* Tunc autem *figurativô sensu usurpari*, quando *forensi usu* accipitur: Ac *mirum esse, homines ita faciles esse in rebus tanti momenti, ut spem suam & fiducia fundamentum super figurativum verbi usum ædificent.* Cæteri vero W. Penn, Gl. und Erfahr. *bulum Justificationis phrasi Scripturæ*, quando *de negotio justitiæ fidei coram Deo* consequendæ agitur, *idem significare, ac justum pronunciare, à peccatis & peccatorum suppliciis absolvere.* Posteriore autem loco expressè subjicitur: *Et sanè hic vocabuli illius usus tàm in Veteri, quàm in N. Test. admodum frequens est.* Atque hoc etiam Nostrates, *Chemnitius, Gerhardus, Meisnerus,* aliique contra Pontificios prolixè docuerunt.

Sect. VIII. Ed. Bourrough Standaert. Cap. VIII. J. N. Liefde p. 49. & quotquot de Justificatione agunt, significationem vocis forensem neutiquam sequuntur, sed τὸ facere justos communiter urgent.

Sic autem etiam

Non solùm Pontificii, quorum argumentum ab etymologia Latina petitum vulgò notum est: verùm etiam Andr. Osiander in Confess. Lit. G. 3. *Verbum justificare in negotio justificationis significat aliquem qui non justus est, sed impius, re ipsa & in veritate justum efficere.* Et mox E. 4. *Esse philosophicum, carnalem & impræmeditatum sermonem, justificare esse forense verbum, ac significare reum judicio, justum & absolutum pronunciare, quemadmodum populus Romanus Scipionem, cùm accusatus esset reipublicæ male gestæ, pro justo habuit & absolvit.* Add. lit. F. 2. lit. T. 3. Atque hæc laudavit & amplexus est Caspar Schwenkfeld Lib. de Verbo, Epist. de Justific. & Respons. Joh. XI. Illic enim scribit: *Justificare non significat absolvere.* Istic: *Justificare non significat pronunciare, qui aliàs malus est, sed impium peccatorem facere probum & justum hominem.* Hîc denique; *Justificare*, ait, *in S. Paulo non juridicè accipiendum, pro aliquem justificare, qui coram Deo est sceleratus, sed theologicè, juxta proprietatem divinæ actionis, de quâ Paulus agit, ut significet ex impio & injusto peccatore, pium, probum, justum hominem efficere.* Unde nec mirum est Weigelium cum suis similiter taxasse sententiam de justificatione, forensi sensu,

sensu, adeoque quoad denominationem extrinsecam accepta, die Gerechtmachung von außen. P. I. Postill. pag. 173. quæ ex mox dicendis clariùs patebunt.

Observatio.

Non est quæstio de eo, an justificatio, sensu forensi accepta, locum habeat in judicio Dei, circa hominem, qui absolutè loquendo malus est & sceleratus, absque pœnitentia aut immutatione sui interna & spirituali? Neque enim, juxta nostram sententiam, justificantur coram Deo, nisi pœnitentes & supernaturali fide donati. Quæritur autem de significatione justificationis, sit ne judiciaria aut forensis? annon?

Thesis II.

JUstificatio itaq; hominis coram Deo, *secundùm Quakeros*, idem est, quod sanctificatio, id est, actio, quâ homo per mutationem realem & sibi intrinsecam fit justus & sanctus.

Certè

Barclajo idem est *sanctificari & justificari in conspectu Dei*. Th. VII. p. 121. Atque hæc & alia ejusmodi verba, juxta illum, *semper intelliguntur de subjecto realiter imbuto & affecto istâ virtute, à qua proveniunt. Ideò*, ait, *nemo dicitur sanctificatus, qui reipsa profanus est; ita nec potest quis justificatus dici, nisi realiter justus sit.* Apol. §. VII. pag. 136. Sic etiam *realem justitiam animæ* hominis

Antithesis II.

JUstificatio hominis coram Deo, *juxta Nostrates*, cum sanctificatione, quâ homo intrinsecè sanctus fit, confundi non debet.

Ita

Form. Conc. artic. III. P. Aff. num. V, pag. 585. expressè monet: *Renovationem hominis à fidei justificatione rectè discerni*: idq; repetit Solid. Decl. pag. 685. additâ ratione, quòd *renovatio justificationem sequatur, ideóq; cum ea confundi non debeat.* Conf. pag. 688. ubi hæc leguntur verba: *Renovatio seu sanctificatio, quamvis ipsa sit beneficium meriti Christi, & opus Spiritus Sancti, non*

justifican-

stificandi infundi, dixit pag. 134. Et W. SCHEWEN, Glaubl. und Erf. Sect. VIII. pag. 93. Gerechtfertiget seyn ist so viel / als durch die Krafft desjenigen Glaubens gerecht gemachet / welcher über die Ungerechtigkeit den Sieg giebet. Conf. ED. BOURROUGH & J. N. II. c c. Denique W. CATON, Beschirm. p. 10. Es muß nothwendig die Rechtfertigung / darmit sie gerechtfertiget seyn durch den Glauben an Ihm / in ihnen seyn.

tamen ad articulum aut negotium justificationis coram Deo pertinet, sed eam sequitur.

Hæc autem respondent

Partim PONTIFICIORUM de Justificatione doctrinæ; licet non toti aut simpliciter; quod à se amolitur *Barclajus* §. III. pag. 128. hactenùs tamen, sed quoad præsens punctum; de *vera & realis mentis renovatione & sanctificatione*, in qua justificatio consistat: Quam quidem non tàm seriò à Pontificiis intelligi, quàm Justificationem in indifferentibus imò malis operibus, modo Papæ placeant, collocari putat: Lutherum autem, cùm se *Romanis non sine gravi causa opposuisset, in aliud extremum abiisse*, perhibet. §. II. pag. 122. 123. & sic doctrinam illam Pontificiorum, sive seriò & praxi suæ convenienter, sive quoad externam solùm professionem, traditam approbat: *Partim* etiam OSIANDRICÆ & SCHWENCKFELDICÆ: quod quamvis ex suprà dictis facilè colligi possit; paucis tamen & paulò clariùs indicabimus verbis *Osiandri* serm. super Rom. VI. *Justificatio vera est, quæ fit, quando per verbum* [internum] *& Spiritum Sanctum regeneramur. Hæc est nostra vita, justitia & sanctificatio*: & *Schwenckfeldii* Lib. de verbo: *Justificare nihil aliud est, quàm ex veteri homine facere novum*; item Resp. Joh. XI. *Justificare propriè nihil aliud est, quàm Deo placentem efficere, renovare, regenerare, Filium Dei, & hæredem regni cælestis efficere, significat novum cor & novum spiritum dare, ut in Prophetis promittitur, idque Deus per Christum efficit.* Quibus consonant dicta WEIGELII Dial. de Christ. p. 37. Die Tödung der Glieder auf Erden ist die Rechtfertigung bey mir: & DAVIDIS GEORGII, die Rechtfertigung bestehe in unser selbst Fromm. Gerecht / und Heiligmachung / das ist / in dem Außgang unser selbst / oder Absterben in unser alten Adamischen Natur und Art / und wieder Anlegung und Annehmung eines neuen Geistes / Arts und Lebens Christi. Vid. Liber, Verklärung der Schöpffung cap. 67. fol.

67. fol. 61. 92. 93. & quædam alia apud *Frid. Jessenium* in der auffgedeckte Larve *Davidis Georgii* p 324.

Observatio.

Non quæritur de eo: Utrum cum actu justificationis sanctificatio interna statim conjungatur? Neque: An vox justificationis, certô quodam ac minùs propriô sensu, aut per catachresin, pro renovatione accipi possit, & aliquando soleat? Sed dissensus de eo est, quòd Quakeri, cum antecessoribus & sociis suis, justificationem hominis peccatoris coram Deo, propriè & κατ' ἐξοχὴν sic dictam, quam Paulus *Rom.* III. & IV. ex professo tractat, in sanctificatione interna aut renovatione hominis formaliter consistere docent; Nostrates negant.

Thesis III.

ATtamen justificatio non tàm productio est habitualis justitiæ in nobis, *ex mente Quakerorum*; quàm quòd Christus Jesus per Spiritum suum seu lumen internum & immediatum, semini pravo, quod in nobis est, prævalens, in nobis habitat, & bona opera in nobis efficit: quâ ratione nos simul Deus gratiosè acceptet.

Antithesis III.

NEc justificatio hominis coram DEo, *juxta Nostrates*, consistit in inhabitatione Dei in nobis per Spiritum suum: nec in immediato luminis interni influxu, ad agenda bona opera.

Spectant huc

Verba Theseos septimæ R. BARCLAJI sequentia: *Quotquot non obstant hujus lucis illuminationi, sed religiosè eam recipiunt, fit in illis Sanctus, Purus & Spiritualis partus, pietatem ju-*

Etsi enim

Juxta verba DECL. SOL. FORM. CONC. pag. 695. *Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus, (qui est æterna & essentialis justitia) per fidem in electis, qui per Christum justificati, & cum Deo reconciliati*

 stitiam

stitiam, *puritatem cæterosque præclaros illos fructus Deo gratissimos producens: per quem sanctum partum, videlicet Christum Jesum intus formatum, opera sua in nobis producentem, ut sanctificamur, ita & justificamur in conspectu Dei*.pag. 121. Ita *spiritualis partûs & formationis Christi in nobis*, mentionem facit Apol. §. II. p.125. *Per justificationem Jesu Christi*, ait §. III. p. 128. *intelligimus formationem Christi in nobis, Christum natum & productum in nobis, à quo bona opera naturaliter procedunt, sicut fructus ab arbore fructiferâ: internus iste partus in nobis, justitiam in nobis producens & sanctitatem* (non justitia & sanctitas habitualis in nobis producta, sed is, qui (aut id, quod) producit in nobis justitiam & sanctitatem) *ille est, qui nos justificat, quocum contraria & corrupta natura, quæ nobis dominabatur, & nos in condemnationem induxit, remota & superata est, ipse primus omnium & super omnia in nobis regnat & gubernat*. Loquitur autem non tàm de principio effectivo, sed causa aut ratione formali justificationis nostræ: prout se explicat §. VII.p. 135. *Interno hoc partu*, ait, *seu Christo intus formato (si hoc verbo uti oporteat) formaliter justificamur in conspectu Dei*. Dumque hinc progreditur ad probandum, *quòd Christo sic in nobis formato justificemur & justi facti simus*; *Notandum est*, addit, me *justificatione hâc pro acceptatione hoc loco uti*. Ita deinde porrò §. VIII. p. 140. *Confidenter affirmo*, ait, *idque non solùm scientiâ notionali, sed secundùm realem experientiam & rei sensationem, quòd causa immediata, proxima & formalis (si hoc verbo uti oporteat) quâ homo justificatur in conspectu Dei, sit revelatio Jesu Christi in anima, qui convertit & renovat animum, quô qui hujus operis author est, sic formato & revelatô verè justificamur & acceptamur in conspectu Dei*: Et Apol. Thes. VIII. §. 1. ubi nexum dicendorum cum præmissis tradit; *justificationem se posuisse* dicit *in revelatione Jesu Christi in corde formati & producti, ac ibi opera justitiæ operantis*

conciliati sunt, habitat: omnes enim verè pii sunt templa Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti: à quo etiam ad rectè agendum impelluntur) tamen hæc inhabitatio Dei non est justitia illa fidei, de qua Paulus agit, eamque justitiam Dei appellat: propter quam coram Deo justi pronunciamur. Sed inhabitatio Dei sequitur antecedentem fidei justitiam: quæ nihil aliud est, quam remissio peccatorum, gratuita acceptatio peccatoris propter solam obedientiam & meritum perfectissimum unius Christi. Illam autem de lumine immediato homines sanctificante & justificante opinionem, unà cum ipso Enthusiasmo, omninò rejiciunt.

perantis fructusque spiritûs producentis. Hæc itaque summa est doctrinæ ejus de Justificatione. Quibus consona sunt, quæ habet Animadv. ad Exercit. Nic. Arnoldi de Quakeris, p.30.

Prælusit

ANDR. OSIANDER in Serm. super Rom. VIII. *In eo*, dicens, *consistit justitia, ut Deus in nobis habitet, & per Spiritum Sanctum gubernet — Nos ideò reputamur justi, quòd justitia Dei, quæ in nobis est, non nostra sed Christi est, nobisque donatur — ac si propria nostra esset.* Item Schmeckbier §. 4. *Christo est credendum, tùm habitat in cordibus nostris per fidem. Et sic est nostra justitia.* *In Decl. Solida F. C.* art. III. p. 682. sententia Osiandri sic effertur; *Justitiam fidei (quam Apostolus justitiam Dei appellat) esse justitiam Dei essentialem, quæ sit ipse Christus, ut verus naturalis & essentialis Dei filius, qui per fidem in electis habitet, eosque ad benè operandum impellat, & hâc ipsa ratione eorum sit justitia: cujus inhabitantis essentialis justitia respectu omnium peccata sese habeant instar guttulæ aquæ, ad magnum mare collata.* Facilè huic accessit C. SCHWENKFELD. prout Lib. de verbo expressè scripsit; *Osiandrum rectè docuisse, nos solùm imputativa justitia extra nos, propter obediemtiam Christi justos esse, sed vera & essentials Dei justitia — Christum in nobis habitantem esse illam essentialem justitiam.* Accessit etiam WEIGELIUS, qui proptereà etiam nostrates, à doctrina illa alienos, ignominiosis his verbis compellat: Sie wollen nicht gantz Osiandristen seyn / denn es kostet den alten Schalck und Balg: Sie müssen durch wesentliche Einwohnung JEsu Christi den alten Menschen in ihnen tödten und gar nicht regieren laßen / und müssen im neuen Menschen leben in volkommener Gerechtigkeit und Heiligkeit. P. II. Postill p. 113. Et pag. 350. Sie wollen mit Christo gar nicht wesentlich vereininiget seyn, es were Osiandrisch / sagen sie. Sic autem & reliqua turba: *Stifelius, Felgenhauerus, Hohburgius*, justificationem nostram de inhabitatione Christi immediata in nobis explicarunt: quorum loca collegerunt *Lubec. Hamb. & Luneb.* Ausf. Bericht de novis Prophetis, Motiv. X. §. 818. p. 470. 471. & Schutz-Schrifft P. II. p. 379. 384. eosque errorem Osiandricum in lucem reduxisse monuerunt.

Observatio.

Christum esse essentialiter justum, secundùm divinam Naturam; & esse quoad substantiam in credentibus, non negatur. De eo autem quæritur: An homo formaliter per hoc in judicio divino habeatur pro justo, quòd Christus, qui ipse justus est, in eo existit & ad actus sanctos aut justos movet? an potiùs, quòd obedientiam & meritum Christi, pro humano genere præstitum, & fide ab homine apprehensum, Deus intuetur, quasi hominis obedientia propria esset; atque ita eum pro justo habet aut reputat? quorum illud Enthusiastæ, hoc Nostri statuunt: quod ex statim dicendis clariùs patebit.

Thesis IV.

Obedientia & passio Christi equidem pro causa justificationis haberi possunt, *juxta illos*, non tamen quasi horum intuitu credentes formaliter reputentur justi.

Sic

Barclajus ad Th. VII. §. IV. p. 129. affirmat, *quòd obedientia & passio Christi illud sint, quô anima remissionem peccatorum obtineat, cùm sit causa procurans istius gratiæ & seminis, cujus internis operationibus Christus intus formetur, & anima illi conformis fiat, ideoq; justus & justificatus, & quòd respectu hujus capacitatis & gratiæ oblationis Deus dicatur reconciliari, non quasi actualiter reconciliatus esset*

Antithesis IV.

Obedientia & passio Christi ita sunt causæ justificationis nostræ, ut etiam sint illud, cujus intuitu formaliter constituimur aut reputamur justi coram Deo.

Nempe

Credimus, docemus & confitemur unanimiter, quòd Christus verè sit nostra justitia: sed tamen neque secundùm solam divinam naturam, neque secundùm solam humanam naturam, sed totus Christus secundùm utramque naturam, in SOLA *videlicet obedientia sua, quam Patri ad mortem usque absolutissimam Deus & homo præstitit: eaque nobis peccatorum omnium remissionem & vitam æternam promeruit. Sicut scriptum est:*

aut

aliit quempiam justificaret, vel justificatum teneret, dum intereà realiter in peccatis impius, impurus & injustus permanet. Et pag. 130 *Licet homines pro quotidianis peccatis mortem æternam mereantur, & ira divinæ obvii sint, tamen virtute sacrificii illius Jesu Christi gratia & semen DEI movent eos in amore, durante illorum visitationis die, non quasi malo non adversaretur, illud enim consumi oportet, sed ut homo à malo redimatur.* Cùmque hæc pluribus tractasset; denique p. 134. scribit; *imputativam Christi justitiam se in sacris literis nullibi invenisse; saltem quoad observationem suam.* Sic autem etiam W. SCHEWEN im Gl. und Erfahr. Cap. VIII. p. 894. de Christiano falso (Maul-Christen) quales nostros non minùs quam Reformatos reputat, scribit: Er bildet sich eine zugeeignete Rechtfertigung ein / und appliciret oder eignet sich die Gerechtigkeit und Heiligkeit Christi / welche ausser ihm vor 1600. Jahren geschehen / selbsten zu / da er doch noch selbst unrechtfertig / unheilig und ungerecht ist. WILL. PENN, in Forderung der Christen pag. 30. Bildet euch ein (die ihr nicht nach dem Geist (i. e. non secundùm lumen internum & immediatum;) sondern nach dem Fleisch (i. e. secundum literam Scripturæ, duce immediatô carentes) wandelt / daß Christus die Schuld für euch bezahlt / daß ihr mit Gott versühnet seyd / und daß euch Gott nicht ansihet / wie ihr in euch selber / sondern / wie ihr in Christo seyd.

Sicut per obedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam justi constituentur multi. Rom. 5. Verba sunt FORM. CONC. Artic. III. P. Aff. num. 1. pag. 584. Conf. SOLID. DECL. pag. 684. 685. 689. 696.

Sequuntur & hic

Vestigia partim PONTIFICIORUM, quibus justitia imputativa dicitur *putativa* & *imaginaria* imò *amentissima insania*. Vid. *Andrad.* in def. Fid. Trid. p. 477. *spectrum cerebri Lutherani apud Staplet.* Antid. Apost. p. 97. *Mathematicum solifideanum* comentum *à Rainoldo* in lib. contra Whitak. p. 324. partim etiam & præcipue OSIANDRI, ac cæterorum hactenùs citatorum. Ille enim in refutat. Ph. Melanchthonis: quatern. C. 3. scripsit *Philippus do-*

cat: Imputationem justitiæ & nostram justitiam. Ego verè doceo Deum ipsum nostram justitiam. Idem in libro Schmeckbier quatern. B. Christus hat uns vor 1500. Jahren / durch sein Leiden / Sterben und Blutvergiessen am Creutz erlöset / und darff uns nicht noch einmahl / viel weniger offt/mit neuen leiden sterben und blutvergiessen erlösen. Aber er muß noch heutiges tages rechtfertigen alle die / so in den sünden / Kinder des Zorns werden gebohren / sollen sie anders selig werden. Darum kan das Werck der Erlösung / das für 1500. Jahren geschehen und vollendet ist / nicht das Werck seyn / das da noch täglich in uns geschiehet. Bey der Erlösung dorfften wir nicht seyn / aber bey der Rechtfertigung müssen wir selbs persönlich auch dabey seyn / es würde sonst nichts daraus. Dixeris hæc verba directô studiô imitatum fuisse inter Quakeros *Wilhelmum Schewen* suprà citatum. Habet autem Osiander etiam hîc ὁμόψηφον SCHWENKFELDIUM. Nam & huic cum Philippo Melanchth. super hoc doctrinæ puncto controversia fuit: atque ita in Responſ. ad Philippum scripta Norimbergæ hæc ei exciderunt verba: *Fides non nititur imputatâ historicâ justitiâ quæ est externa, ut faciunt illi, qui historicè credunt, Deum se propter obedientiam mediatoris justos pronunciare, non quòd reverà justi sint, sed Deus ipsos pro justis reputet.* Et rursus: *Summa, quicquid nos coram Deo probos & justos efficere debet, id necesse est per fidem essentialiter, verè efficaciter in nostrum cor animam & conscientiam venire, aliàs extra nos non erit imputativa justitia, ac nos conficta literali imputatione coram Deo in omnem usq; æternitatem manebimus injusti.* Tantò audaciùs hinc porrò VAL. WEIGELIUS in imputationem justitiæ invectus est, ita ut tanquam Antichristianum errorem damnaret: Weit sey das / ait P. I. Postil. pag. 173. von allen Gerechten und frommen Christen / daß sie sich erretten/behelffen und decken mit der imputativa Justitia des Anti-Christs / und sagen/ Christi Tod und Leiden solle sie gerecht oder seelig machen von aussen an zugerechnet / nein traun / es heisset gläuben/das ist/ es heist getauft werden zugleichem Tode. Es heisset Christi Fleisch und Blut essen und trincken / (nimirum mysticè, de quo infrà) Rom. 6. Joh. 6. Christo nachfolgen und sich gleichförmig Jhme halten / also kömmt der Tod Christi in sie/also haben sie die unaussprechliche Frucht seines Todes in ihnen &c. Conf. p 174. 175. 206. 235. P. II. p. 122. 123. 309. 316. 350. P. III. p. 15. 16. 21. 25. 26. 47. 55. 63. Dial. p. 13. 19. 25. 41. 42. 43 63. aut saltem

excerpta

excerpta à *B. Gerhardo* P. III Disp. Acad. Disp. III. contra VVeigel §. 1. p. 862. 863. *B. Thumm.* Imp. VVeigel. Error LIV. p. 112. seqq. & Err. LV. p. 120. 121. *Lubec. Hamb. & Luneb.* Schutzschrifft P. II. §. 69. p. 367. seqq. Quô posteriore loco §. 70. p. 372. usque ad 381. seqq. docetur, quomodo CHR. HOHBURGIUS justitiam imputativam similibus contumeliis affecerit, als eine äusserliche Decke / fleischlichen Purpur-Mantel / losen Kalck / Schmier- und Tünch-Werck &c: Post. Myst. P. I. p. 336. & locis aliis pluribus, ibi citatis.

Observatio.

Simulant aliquando Quakeri, quasi imputationem justitiæ Christi non rejiciant simpliciter; sed tantùm negent, quòd homines impœnitentes & contumaciter improbi, spiritu ac fide verâ destituti, eam sibi non habeant polliceri: quia reverà coram Deo sic non justificentur aut acceptentur. Ita STEVEN CRISP. in Triumph / ad incusationem 12. p. 18. 19. postquam de necessario nexu regenerationis cum justificatione disseruerat; hæc addit: Christus ist ihre Gerechtigkeit worden / durch welche sie kommen gerechtfertiget zu werden in dem Angesichte Gottes / ohne welche (bezeugen wir) daß alle Zurechnung fehlen und nichts helffen soll. Et THOM. LAWSON, Antwort auf die Disp. vom Unflath der Quaker / p. 28. Ich sehe das Ziel / nach welchem ihr ziehlet / Ihr wolt haben / das die Gerechtigkeit unreinen Menschen zugeeignet werde / Ihr wolt haben / das man einen gottlosen Menschen vor gerecht hielte / aber dieses seyn euere eitele Gedancken / und nicht Schrifften der Warheit. Et paulò pòst Aber ihr wolt sagen. Abraham glaubte GOtt / und das ware ihm zur Gerechtigkeit gerechnet; Es ist wahr / und die nun in dem Licht wandeln / wie der Apostel sagt / und wahrlich glauben / so wird in diesem Glauben die Thür des Hertzens geöffnet und Christus gehet hinein samt seiner Gerechtigkeit / also das die Gerechtigkeit nach dem Glauben zugerechnet wird und nicht den ungläubigen / als wie ihr es haben wolt. Denique: Wo aber falsch / Sünde und Unreinigkeit ist / da wird die Missethat zugerechnet / und nicht die Gerechtigkeit. Patet autem non solùm denegari imputationem justitiæ Christi his, quorum fides mortua aut nulla est; verùm etiam no-

mine

mine justitiæ quæ reverà imputetur, non intelligi obedientiam & sacrificium Christi; sed essentialem Christi justitiam, quatenus nobis realiter insit. Sic etiam VAL. WEIGELIUS in Dial. de Christian. p. 63. scripsit: Ich verwerffe nicht die imputativam justitiam, sonst würffe ich von mir hinweg die Gnade / das ist / Christum / sondern es wird nur das Leiden / Sterben oder Verdienst Christi zugerechnet aus Gnaden / indem ich durch den Glauben Christum in mir lasse leben / regieren und herschen / also das sein Todt in mir das leben ist / und nicht eben nur ausserhalb mir imputirt wird sine essentiali inhabitatione. Putares, veram imputationem passionis & meriti Christi affirmari, ac tantùm ad verè fideles restringi. Sed postrema verba non obscurè docent, mentem hominis hanc esse, quòd cùm Christus quoad essentialem suam justitiam in nobis essentialiter habitet jam & eatenùs, Christi hæc justitia essentialis, & per hanc demùm quicquid ille egit aut passus est, nobis imputetur, eò quod nos cum Christo essentialiter unum simus. De quo suo loco plura videbimus. Patet itaque Quakerorum & Enthusiastarum error indicatus.

THESIS V.	ANTITHESIS V.
Bona Opera à Spiritu seu lumine interno profecta, sunt *secundùm Quakeros*, causa justificationis vera, sed instrumentalis.	Bona Opera, *secundùm Nostrates*, non sunt causa justificationis, ne instrumentalis quidem.
Expresse	Scilicet
R. BARCLAJUS Apol. Thes. VII. §. VI. pag. 134. *Christus semper bona opera commendat, quasi instrumenta justificationis.* Et §. X. p. 144. 145. respondet ad objectionem:	In universum negant, *homines posse justificari propriis operibus.* AUG. CONFESS. art. IV. p. 10. Add. art. VI p. 11. Et in SOL. DECL. FORM. CONC. art. III. pag. 691.

Opera

Opera ad justificationem non esse necessaria, negando: & inter alia docet, Christum *Matth.* XXV. (videntur autem confundi cap. V. & XXV. *Matthæi*, aut saltem utrumque fuisse allegandum) *per omnes istas beatitudines homines pronunciare beatos ob puritatem, misericordiam* &c. Addit autem: *Annon illud igitur, cujus causa Christus homines beatos nominat, iis utile est?* Tandem ad locum *Matth.* XXV, 21.23. de servis bonis & fidelibus &c. scribit: *Si velint adversarii Christi verbis credamus, hæc causa instrumentalis est, quare approbati fuerint.* In seqq. autem prolixus est, ut ostendat, *opera legis* tantùm *à justificatione excludi, non opera gratiæ seu Evangelii.* Quod etiam in Catechismo suo Cap. VI pag. 42. seqq. velut ex instituto tractat: inprimis p. 45. scribit: **Aus diesen Zeugnißen der Schrifft** (quæ præcesserant ex Ep. *ad Tit.* III, 8.9. *Rom.* VIII, 3.4.13.17. *Act.* III, 19. II. *Tim.* II, 11.12.21. *Apoc.* II, 5.) **ist klahr und offenbahr / daß der Apostel allein unsere selbsteigene Rechtfertigung ausschliesset / welche er an einem andern Ort nennet die Rechtfertigung des Gesetzes / als die da nicht zu der Rechtfertigung nothwendig ist: nicht aber die Wercke /** jubent attendere ad *Paulum, quando in hoc* Justificationis *articulo particulas exclusivas, quibus ex articulo justitiæ fidei, opera excluduntur, ut sunt hæ (absque operibus, sine lege, sine merito, non nisi ex gratia, gratis, non ex operibus) tantâ diligentiâ, tantóq; zelo urget.* Nimirum *opera nostra, neque causæ, neque meriti ullius, in justificatione, ad quæ Deus in hoc negotio respiciat, aut quibus nos fidere possimus, aut debeamus, vel ex toto vel dimidiâ aut minima ex parte rationem habere*: Imò *hoc officium & hanc proprietatem fidei solius esse & manere, quòd videlicet sola fides, & nulla prorsùs alia res, sit illud medium & instrumentum, quô Dei gratia & meritum Christi in promissione Evangelii, apprehendatur &c*: *Neque renovationem, neque sanctificationem virtutis aut bona opera, tanquam formam aut partem aut causam justificationis, aut sub qualicunque prætextu titulô aut nomine, articulo justificationis, tanquam ad eam rem necessaria aut pertinentia, immisceri* debere. pag. 692. Unde tandem pag. 694. num. V. expressè *redarguitur, repudiatur, & rejicitur* inter plures *errores*, etiam hoc *falsum dogma*: *Fidem justificare tantùm initialiter, vel partialiter, vel principaliter; & novitatem vel charitatem nostram* (aut bona opera) *justi-*

zu welchem das Gesetz des Geistes leitet/ als welche nicht so sehr unsere/ als Christi in uns mögen genennet werden. | *ficare coram Deo, vel completivè vel minùs principaliter.*

Add. Will. Schewen Gl. und Erf. Sect. VIII. p. 93.

Sunt hæc

Ramenta quasi Pontificiæ sententiæ de Justificatione ex operibus. Licet enim fortasse opera Spiritûs aliter atque aliter accipiantur, distinctionem tamen illam in negotio justificationis haud dubiè ex scholis Papalibus abstulit *Barclajus*. Sic enim jam pridem distinguere consueverunt Pontificii. *Bellarminus* Lib. I. de Justif. cap. XIX. p. m. 91. 92. *Per opera, quæ fidei opponuntur, & à justificatione excluduntur, intelligi opera, quæ fidem præcedunt, quæque solis viribus liberi arbitrii fiunt .... non autem omnia absolutè*, neque opera, *quæ fiunt ex gratia*. *Erbermannus* Parall. Eccles. Q. IX. §. 4. pag. 110. *Franc. Toletus & Guil. Estius* in Comment. ad Rom. III. v. 27. 28. aliique. Osiander, cùm Lutheranus videri vellet, equidem non apertè operibus justificationem adscripsit; attamen *Errorem* esse dixit, *nos fide tantùm reputari justos, & acceptari ad vitam æternam*. In Confess. lit. I. 3. De Casp. Schwenckfeldio autem *C. Schlüsselburgius* Catal. Hær. L. X. Err. XXXI. pag. 230. scribit: *Exsibilat etiam hanc propositionem perinde ut Osiander: Sola fides justificat. Schwenc. de Verbo. Item de abusu Evangelii.* Anteà ex posteriore libro adduxerat verba: *Fide & operibus justificamur.* Imò verò communis *Enthusiastarum turba*, cui fides est obedientia præceptis divinis præstita, quando fidem pro causa justificationis habet, hoc ipso opera præceptis divinis conformia non potest non habere pro causa justificationis. Unde Weigelius loco suprà citato ex P. I. Postill. p. 173. cùm rejecisset justitiam imputativam: Es heisst glauben, ait, das ist/ ---- Christo nachfolgen/ also kömpt der Tod Christi in sie. Et P. III. Post. p. 16. Ein trefflicher Irrsal ist es bey den falschen Christen/ daß sie einen andern lassen das Gesetz thun/ Leiden/ Sterben/ und sie wollen (ohne Buß) sich behelffen mit der Justitia imputativa. Nein in der Warheit/ es hilfft dich nichts von aussen an/ spring hoch oder nieder/ Vita Christi in dir muß es thun. Vita autem Christi in nobis, in actu secundo spectata, im-

por-

portat utique motus & actus sanctos aut opera bona, saltem interna, à Christo in nobis efficienter producta.

Observatio.

Equidem *Barclajus*, quando Bona Opera causam instrumentalem justificationis esse dicit, causalitatem hujus causæ non exprimit; neque, an in genere morum? an quoad realem aut physicum influxum intelligat? se declarat. Attamen §. XII. pag. 150. sententiam suam apertiùs videtur prodere, cùm ait, se *negare meritum ex condigno*; *negare autem non posse meritum congruentiæ seu remunerationis.* Quæ profectò iterum redolent scholam Pontificiam, & quamvis Thomistarum sententiæ adversari videantur, Scotistarum tamen & Nominalium aliorumque doctrinam referunt. Et, licet *Barclajus* ipse videri velit, vocabulô *meriti* hîc tantùm uti in ea significatione, quâ *Patres Ecclesiæ*, & *Apologia Augustana Confessionis* eô usi fuerunt: quasi & ipse solùm spectet illud, quòd *Deus ex infinita sua bonitate* (*quâ genus humanum dilexit*) *postquam communicaverit ei gratiam & Spiritum suum*, *etiam secundùm beneplacitum ipsius remuneretur bona filiorum suorum opera*: uti loquitur l. c. nihilominùs cùm aperta sit appellatio *causæ instrumentalis justificationis*, quam bonis operibus tribuit; nemo facilè credet, mereri ei nihil aliud esse, quàm *consequi*; sicut Patribus & Apologiæ A. C: aut statuere eum remunerationem operum merè gratuitam, quando opera ei & meritum & causa æquè appellantur.

CAPUT XI.

De

PERFECTIONE RENOVATIONIS ET SANCTITATIS INTERNÆ, DEQUE PERSEVERANTIA ET IMPECCABILITATE FIDELIUM.

QVAKERORUM

Thesis I.

Homines justificati per lumen internum tantam in hac vita obtinent intra se sanctitatem, ut legi divinæ, quoad actus internos & externos omnes obedientiam exquisitam præstare, & omnia peccata præcavere possint.

Pertinet huc

Thesis ipsa VIII. R. BARCLAJI, verbis sequentibus: *In quibus sancta hac & immaculata genitura plenè producta est, corpus peccati & mortis crucifigitur & amovetur, cordaq; eorum veritati subjecta evadunt & unita: ita ut nullis Diaboli suggestionibus & tentationibus pateant, & liberentur ab actuali peccato & legem Dei transgrediendo, eoque respectu perfecti fiunt.* Quam etiam in Apol. adjecta §. VIII. p. 159 seqq. testimoniis Scripturæ probare nititur: ac porro vindicare conatur Animadv. in Exerc. N. Arnold. Sect. 41. pag. 31. 32. Add. ejusd. Catechis. Cap. VII. pag. 48. Rettung der Wahrh. p. 12. Item Anon.

PROTESTANTIUM

Antithesis I.

Homines justificati nunquam in hac vita, sive per lumen internum, sive alio quoquô modo, tantam obtinent intra se sanctitatem, ut legi divinæ quoad actus omnes internos atque externos, obedientiam exquisitam præstare & omnia peccata præcavere possint.

Sic enim

APOLOG. AUG. CONF. ad art. IV. V. VI. Sect. de *Dilectione & Impletione Legis* pag. 89. scribunt: *Legis impletio, seu obedientia erga legem, est quidem justitia cùm est integra, sed in nobis est exigua & immunda.* Et pag 91. *Tota scriptura, tota Ecclesia clamat, legi non satisfieri.* Conf. CATECH. MAJ. ad Conclus. Decal. p. 482. 483. ubi dicitur, *Nullum hominem eò rem deducere posse, ut vel uni præceptorum perfectè satisfaciat. Præcepta* Decalogi *ita esse sublimia, ut ea nullus homo unquam suis viribus assequi queat.* Add. explicatio V. Petitionis Orat. Dom. p. 527. SOL. DECL. FORM. CONC. art. II. p. 675. Art. III. p. 688. 689. Art. VI. p. 719. 723. 724.

Gründe

Gründe und Ursachen warum Sie (Quakeri) die Lehre dieser Welt verläugnen. pag. 8. W. Caton Ondersoek. p. 8. 9. Beschirm. der Unschuld. p. 3. 4. 5. (num. 4.) p. 6. (num. 10.) p. 39. Gewiß. Schall. p. 7. 15. 16. Ed. Bourrough Standaert C. XIV. p. 15. & Verkl. des Geloofs p. 3. ubi hæc leguntur verba: *Wy geloven, dat de Heylighe op de Aerde konnen ontfangen Vergebinge der Sonden, ende volmaektelyck vrygemaeckt konnen zyn van het Lichaem der Sonde ende des Doots, ende in Christo volmaeckt konnen zyn, ende sonder Sonde, ende overwinninge konnen hebben, over alle Versoockingen door 't Geloof in Christo Jesu.* Id est: *Credimus, quòd Sancti in terra possint accipere remissionem peccatorum, & perfectè liberati esse possint à corpore peccati & mortis, & in Christo perfecti esse possint, & absque peccato, & victoriam possint habere super omnes tentationes per fidem in Christo Jesu.* Conf. Jam. Parnel Ondersf. p. 4. St. Crisp, Klang des Allarms p. 1. 9. 11. ad 20. p. 28. Thom. Bayles Relat. p. 15. Will. Schewen El. und Erf. Sect. II. p. 55-59. S. VI. p. 80. S. VII. p. 86. 87. S. XIII. p. 150. 152. ubi etiam sententiam de peccatis fidelium acriter perstringit. Inprimis Sect. XIX. p. 208. seqq. ubi inter alia exclamat: Dieses ist nun eine von denen gesunden Lehren/ welche ein Titul - Christ nicht vertragen/ begreiffen noch verstehen kan/ derohalben schreyet er dargegen und saget: Hier ist keine Vollkommenheit; es ist keine vollkommene Heyligkeit in der Furcht Gottes. ---- Aber das Zeugniß/ der Glaube und die Erfahrenheit eines wahren Christen ist gantz das Gegentheil/ Er ist durch das Werck der Wiedergeburth durchgangen/ und hat die unterschiedlichen Würckungen und Thaten des Geistes Gottes in seinem Hertzen erfahren/ da er von einer Staffel der Gnaden zu der andern/ von einer Staffel des Glaubens und Erkäntniß zu der andern gebracht worden/ biß er durch die Gnade völlig gerettet ist/ und durch den Glauben einen vollkommenen Sieg von und über alles das/ so ihn unvollkommen/ sündig und unrein machte/ erhalten hat/ und biß die Erkäntniß des HErrn in ihm so überflüssig worden/ daß sie bedeckt die Erde/ wie die Wasser die See/ und biß er kommen zu dem Sabbath der Ruhe/ (das Wesen oder Antitypus des eußerlichen Sabbaths) da er nicht mehr redet seine eigene Worte/ noch gedencket seine eigene Ge-

dancken / oder thut seinen eigenen Willen und Wercke / sondern er bezeuget seine Verleugnung in diesem allen / und ziehet aus den alten Menschen mit seinen Wercken / betäubet seinen Leib / und kennet einen Zaum zu seiner Zunge / Natur / Willen / Gedancken und Begierden / welche im Anfang die Versuchung empfangen haben / die er nun allezeit unter dem Creutz hält / ob Er schon zu der Erneuerung und Wiederbringung gelanget ist / und den Stand der Unschuld erkennet / und darinnen lebet / NB eben wie in dem Anfang vor dem Fall. Itaque renovatio illis est imaginis divinæ per lapsum perditæ, seu justitiæ originalis totius, perfecta restitutio in hac vita. Ac notandum est, quòd *peccatum adhærens* (ἁμαρτίαν εὐπερίστατον, die anklebende Sünde / *Ebr.* XII, 2.) à renatis sublatum esse expresse doceant W. CATON Besch. pag 40. Schall der W. p. 16. ST. CRISP. Klang des All. p. 28. BARCLAJ. Rettung der Warh. pag. 32.

Ita olim

GNOSTICI se dicebant πνευματικοὺς καὶ τελείους, *spirituales & perfectos*. Hos enim spectare non immeritò creditur *Irenæus* Lib. I. Cap. I. p. m. 11, quamvis non sint dissimilia, quæ de MARCO hæretico & sectatoribus idem memorat Cap VIII. & IX. Pertinent autem ad eandem classem MESSALIANI sive EUCHITÆ, qui *ad consummationis culmen ascensum* dari, perhibuerunt : de quibus, uti & *Manichæo, Priscilliano, Evagrio Pontico & Joviniano*, huc referri possunt, quæ suprà Cap. VI. de Statu Corrupt. ad Th. IV. ex *Hieronymo* observavimus : jam solùm addemus verba ex procem. Comm. IV. in Jerem. Tom. V. Opp. p. m. 269. fin. *Subitò hæresis* PYTHAGORÆ & ZENONIS ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, *id est, impassibilitatis & impeccantiæ, quæ olim in* ORIGENE *& dudum in discipulis ejus Grunnio* (quo nomine RUFFINUM denotari docet *Baronius* ad A. 410. n. 63. Tom. V. Annal. f. 342.) *Evagrioque Pontico & Joviniano jugulata est, cæpit reviviscere:* Ac de ἀπαθείᾳ *Messalianorum* etiam legi possunt *Constant. Harmenopulus* de Sectis p 572. *Nicetas* Thes. Orth. Fid. L. IV. Hær. XXXVI. p. 383. 394. 398. Respicit autem *Hieronymus* vel præcipuè *Pelagianos*, perfectionis tàm grandis assertores, ut etiam dicerent ; *Vitam justorum in hoc seculo nullum omninò habere peccatum, & ex his Ecclesiam Christianam in hac mortalitate perfici, ut sit omninò sine macula & ruga* ; prout *Augusti-*

stinus sententiam eorum tradidit L. de Hæres. ad Quodv. Cap LXXXVIII. p.m. 375. His autem initiis ac successibus ad MONACHOS in PAPATU perfectionis ἀπαθείας & ἀναμαρτησίας præsumtionem transiisse, (quamvis Messaliani ipsi à Monachis Mesopotamiam incolentibus orti putentur,) præclarè ostendit B. *Jac. Thomas.* Schediasm. Hist. §. 44. not. i. l. m. (11.) p. 40. 42. 44. & §. 48. not. 5. p 48. qui tandem §. 52. not. d. n. 28. & 75. p. 57. & 67. exponit, quomodo *Theologia mystica*, in via quam vocat *purgativa* pro scopo habeat ἀπάθειαν; in *unitiva* perfectionem ipsam plenam impetratum iri promittat. De *Pelagianorum* assertione perfectionis videantur, quæ collegit *G. J. Vossius* L. V. Hist. Pelag. P. I. Th. I. & II. p. 460. 472. Seculo quoque proximè superiore C. SCHWENCKFELDIUS docuit, *Legem esse omnibus in Christum verè credentibus prorsùs possibilem ad servandum, imò esse ei jucundam & facilem.* Ex adverso *Novum Lutheranorum errorem esse: Nullum hominem, ne sanctum quidem ullum, mandata Dei plenè servasse* &c. Lib. de abusu Evang. p. 75. 76. 77. Sic & ANABAPTISTAS docuisse, *Renatos esse prorsùs liberatos à Lege, habere Spiritum Sanctum ita ut radix peccati sit ablata, ac prorsùs sint puri & sancti & perfecti, nec habeant in se ullum peccatum* &c. testis est, qui ipsos audivit, *Justus Menius*, lib. contra Consanguineos. Sic ÆGID. GUTHMANN. Offenb. der göttl. Maj. P. II. Lib. XVII. Sect. XI. p. m. 259. 260. docet, *hominem peccatorem splendore divini vultûs illuminari & purgari, ita ut peccatum in illo per verum splendorem vultûs Dei exuratur, tandemque consumatur.* Es wird ein sündiger Mensch von dem Glantz des göttlichen Ansehens erleuchtet und gereiniget/da die Sünde in ihme durch den wahren Glantz des Gesichts Gottes ausgebrannt und endlich verzehret werden. Conf. P. I. p. 384. 385. P. II. p. 363. 442. Atque hinc fluxit, quod Sect. XXIV. p. 274. prolixè docet, posse hominem *servare Legem Dei, neque* in hac *impossibilia præcipi*: imò Lib. XVIII. Sect. VIII. pag. 303. præscribit, quomodo homo *omnia sua opera bona & perfecta facere* debeat, nempe *per verbum internum.* Sic ergò & WEIGELIUS P. II. Postill. p. 239. 240. disputat, homini quidem per naturam impossibile esse, servare atque implere legem; non autem per fidem: sic enim Christum in nobis servare legem. Conf. Dialog. de Christianism. p. 76. Es wäre unmöglich/daß ein neugebohrner Christ nicht solte die Gebot Christi halten/&c. Sic FELGENHAUERI, Es. STIFELII & Sociorum loca, de perfectione Spiritûs fidelium, collegerunt Theologi

Lu-

Barclajus Apol. Th. VIII. §. IX. p. 161. & Rettung der Warh. p. 12. mentem suam & suorum exponit: eousque progressus, ut etiam neget, sanctos suos in *oratione dominica* petere remissionem peccatorum propriorum, quæ sibi adhuc adhæreant, aut post justificationem ex infirmitate committantur; orare autem solùm dicat, *ut peccata præterita sibi remittantur*, atque *quotidie* ipsi *à peccato præserventur*. Apol. Th. VIII. §. IX. pag. 165. & *perfectos* suos *orare pro aliis imperfectis*. Animadv. in Exerc. N. Arn. pag. 31. 32. Itaque non solùm clara est sententia ἀναμαρτησίας, Gnosticorum errori respondens; verùm hæc ipsa orationis Dominicæ aliorumque locorum Scripturæ ψευδερμηνεία, eodem prorsus modo frequentata pridem fuit à *Pelagianis*; de quibus Patres *Concilii Milevitani* in Epist. ad Innocent. *Nova hæresis & nimium perniciosa tempestas surgere inimicorum gratiæ Christi cœpit, qui nobis etiam Dominicam orationem impiis disputationibus conantur auferre.* Conf. *G. J. Vossii* Hist. Pel. L. V. P. I. Epicris. pag. 506. seqq. Ecce Quakerorum, remotis prætextibus, cum veteribus hæreticis convenientiam!

Thesis II.

D*Atur etiam*, juxta illos, *status in hac vita obtinendus, in quo justitiam agere fiat ita naturale animæ regeneratæ, ut in istius status stabilitate peccare non possit.*

Verbis

R. Barclaji expressis hæc damus, ex Apol. Th. VIII §. II. p. 153. 154 qui quamvis, *quod ad se attinet, modestè loqui se velle* dicat, quia *ingenuè fateatur, se illum statum nondũ adeptum esse*: addit tamen, *negare dari eum, nequeo*; Atque ita intelligi

Antithesis II.

M*Inimè verò juxta Nostrates* datur status in hac vita obtinendus, in quo homo renatus tantâ perfectione polleat, ut peccare non possit.

Nempe

Damnant Ecclesiæ nostræ potiùs *illos qui contendunt, quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint.* Conf. Aug. Art. XII. p. 13 Conf. Catech. Maj. expl. Petit. V Orat. Domin. p. 526. 527. *ubi misera & ærumnosa vita nostra* sic vult,

cult, quod in Thesi dixerat, in statu perfectionis *remanere semper undique ex parte, possibilitatem peccandi*: aut *quod, postquam aliquis talem statum perfectionis adeptus sit, in quo possit non peccare, item &* (peccare) *possit*; nimirum *non* ideò se *affirmare* statum impeccabilitatis non esse in hac vita obtinendum. Clariora sunt, quæ habet *Thesi nonâ*, ubi scribit: *Ejusmodi incrementum in hac vita, & in veritate stabilitas acquiri potest, à quanulla detur apostasia:* quod deinde in Apol. §. IV. p. 169. seqq. propugnat. Quibus respondent, quæ tradit in *Catechismo suo* Cap. VIII. p. 64. ubi quærit: Kan ein Gläubiger in diesem Leben zu einem solchen Stand gelangen/von welchen er nicht fallen kan? & respondet affirmando, adducens dictum Johannis Apoc. XIII, 12. Wer überwindet / den wil ich machen zum Pfeiler im Tempel meines GOttes / und soll nicht mehr hinaus gehen &c. Quærit deinde p. 65. Kan ein solcher versichert werden/daß er in diesem Stand sey, & respondet affirmando, velut verbis Pauli Rom. VIII, 38. 39. Jch bin gewiß daß weder Tod noch leben ꝛc. mag uns scheiden von der Liebe Gottes ꝛc. Eadem etiam repetit in adjecta Confessione Fidei, Glaubens Bekentnüs Art. XV. p. 144. Quæ cum in libro symbolico Quakerorum ita legantur, pro communi eorum doctrina haberi omnino debent.

describitur, *quòd quamquam Dei verbum habeamus, credamus ejus voluntatem faciamus & perferamus, ejusque donis ac benedictionibus alamur; peccatis tamen vacua & immunis non sit, adeò ut adhuc quotidie prolabamur, modumque excedamus, in mundo viventes, ita ut non sit possibile in tam frequenti & assiduo certamine non quandoque succumbere.* Quibus latius expositis, denique concluditur: *Omnibus nobis coram Deo crista demittenda & contrahenda sunt, ac gaudendum, ut remissionis fiamus participes. Nec quisquam inducat animum, eò se rem perducturum, ut quamdiu hîc vivimus, non opus habeat eâ remissione. In summa, nisi citra intermissionem remittat Deus, actum est de nobis.*

Congruunt autem

Erroribus veterum hæreticorum, saltem plerorumque, quorum I Th. præced. mentionem fecimus. MESSALIANORUM certè & soci-

eiorum hæresin ita commemoravit *Hieronymus* l. c. quòd asseruerint, *se ne cogitatione quidem & ignorantia, cùm ad consummationis culmen adscenderint, posse peccare.* SCHWENCKFELDIUM & ANABAPTISTAS Majores nostri in Antithesi Artic. XII. Aug. Conf. notârunt, *contendentes, quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint.* Conf. *Menium* in Lib. contra Consanguineos. Imò *Schwenckfeldium* ipsum Lib. de abusu Evang. & *Hermann Herbarts* de consummata Renatorum Obedientia pag. 226. seqq. Nec abludit ÆG. GUTHMANNUS in Offenb. der Göttl. Maj. vi sententiæ de exusto planè & consumto in hac vita peccato in renatis per splendorem vultûs divini. Cui consentiens VAL. WEIGELIUS P. II. Post pag. 60. scripsit: Durch den Glauben ist der Mensch von sich selber gefallen/und Gottes worden in Christo / daher das neugebohrne Kind nicht kan sündigen. Idem Theol. myst. pag. 28. *ex* rationibus probat, *renatum non posse peccare* Conf. P. III. p. 44.

Observatio.

Nimirum Enthusiastæ confundunt statum gloriæ & beatitudinis essentialis, cum statu viæ & gratiæ. Sic renatos, si non omnes, aliquos tamen, jam in hac vita essentialiter beatos factos, non tantùm non peccare, sed impeccabiles factos esse contendunt. Hîc autem notamus, Quakeros non tantùm asserere, quòd renati certi esse possint, se non lapsuros è statu gratiæ; verùm etiam, quòd aliqui non possint ampliùs quoquo modo peccare.

CAPUT

CAPUT XII.

De

CULTU DEI ET OPERIBUS HUC PERTINENTIBUS.

QVAKERORVM

Thesis I.

NIhil habet rationem cultûs divini, nisi quod Lumen internum immediatè præscripserit, & ad quod excitaverit, tanquam ad officium Deo exhibendum.

PROTESTANTIVM

Antithesis I.

AD opera cultûs Deo exhibendi non requiritur sive dictamen immediatum Luminis supernaturalis interni substantialis, sive motus internus, ab eodem Lumine immediatè proficiscens.

Ita expresse

R. Barclajus: *Omnis verus cultus, & Deo gratus, oblatus est, Spiritu suo movente internè ac immediatè ducente.* Thesi XI. p. m. 220. quod etiam in sequentibus sic declarat: *Ubi & quando eò ducimur motu & secretis inspirationibus Spiritûs Dei in cordibus nostris.* Similiter in Apol. §. III. pag. 223. *Spiritus Dei*, inquit, *debet esse immediatus actor, motor, impulsor & auxiliator hominum in particularibus cultûs actibus.* Eodem tendit in Animadv. ad Exerc.

Nimirum

Negatô ejusmodi Lumine supernaturali in homine, negatur etiam omninò ejus necessitas ad facienda opera cultûs divini. Eò autem tendit Nostratium doctrina Catechetica, in explicatione *decalogi*, ut constet, *quid nobis faciendum sit, ut tota vita nostra Deo probetur & placeat.* vid. Catech. Maj. pag. 481. Scilicet, ut cognitis præceptis affirmativis, observemus deinde occasionem agendi; sic fore, ut *fides* ipsa in renatis *bonos fru-*

N. A. p. 35. 36. Rett. der Warheit p. 18. Catech. Cap. X. p. 81. seqq. ubi inter alia p. 84. docet: So ein Mensch dinge redet/so an und für sich selbst wahrhafftig sind: sind sie gleichwohl nach dem Verstand nicht wahrhafftig/wenn sie ohne des Geistes Bewegung (sine motione immediata) geredet seyn.

Eus pariat, & *bona opera mandata à Deo faciamus propter voluntatem Dei*: juxta verba AUG. CONF. art. VI. Eodem spectant, quæ FORM. CONC. tradit de tertio usu Legis artic. VI. pag. 594. seqq. & SOL. DECL. artic. eod. p. 717. seqq. prout mox aliqua inde adducemus.

Add. ED. BOURROUGH Standaert Cap. XVIII. p. 19. 20. Verkl. des Geloofs p. 5. IS. PENNINGTON Weg des Lebens p. 16. STEPH. CRISP. Triumph. pag. 11. 12. J. N. LIEFDE Sect. Angaende de Goode Wercken, pag. 32.

Quæ

Cùm primario errori de principio fidei conformiter se habeant; simul Enthusiastis reliquis sunt communia. Sic enim MONTANISTÆ se solos *spirituales*, πνευματικὺς; cæteros homines quosvis ψυχικὺς aut *animales* appellabant: nimirum, quòd omnis horum cultus inanis esset; suus autem, tanquam à spiritu interno & immediatè movente profectus, solus foret rectus ac Deo acceptus. Quò etiam spectabat vox illa Montani, tanquam ipsius spiritûs paracleti: *Homo velut lyra, & ego velut plectrum*: apud *Epiphanium* Hær. XLVIII. quasi videlicet, uti ad sonum è lyra congruè edendum, plectro; sic ad opus sanctum præstandum, interno & immediato principio motûs, omninò sit opus. Ita autem etiam reliqua Enthusiastarum turba aliorum quorumvis opera cultusque taxavit, quasi carnalia, superstitiosa, electitia; sua tantum extulit, tanquam spiritualia, verè sancta, Deoque placentia. Nec male *Joh. Hoornbeck* Summ. Controv. Lib. VI. p. m. 387. inter controversias cum Enthusiastis hanc num. III. retulit: *Num homines in se ac spiritu suo omnia habeant, & tantummodo eum sequi, ceu omnium (credendorum, &) faciendorum normam, debeant?* Nam STIFELIUS & WEIGELIUS somniârunt, quicquid ipsi, postquam renati, & quatenùs tales sunt, agunt, id in se ipsis, aut per ipsos,

Deum

im agere *immediatè*. Vidd. quæ collegerunt *Theol. Jenenses* in App. Consil. Dedek. pag. 50. b. num. II.

Observatio.

Non negatur, requiri ad bona opera, quæ sunt cultûs divini, tiam motricem seu operationem supernaturalem Spiritûs S. ex te intellectûs & voluntatis hominis renati atque operaturi. Quæ autem est de immediato dictamine & motu principii interni, ab ma, voluntatem divinam edocta, & viribus gratiæ instructa, dicti: citra concursum verbi externi, sive jam obversantis, sive anteà nori pectore reconditi. Et: an opera, quæ ad præscriptum legis exæ fiunt, concurrente quantumvis, non tamen immediatè operante ritu Sanctô, non sint opera bona, cultusque divini?

Thesis II.

X adverso, quicquid lumen internum immediatè dicti, atque ad illud tanquam of um Deo præstandum imlit, pro opere bono cultûs ini, *ex illorum opinione*, haidum est.

Certè

Quia Quakeri lumen illud suum rnum pro Spiritu sancto ipso, Christo in se, habeant; non pos: non habere pro opere sancto ûs divini, quicquid sub tali rae sibi dictitari, aut ad quod se veri sentiunt. Ita Barclajus ol. Thes. XI. §. VII. traditurus

Antithesis II.

Non est statim opus bonum cultûs divini, quicquid internum lumen dictare videtur; sed requiritur prorsus, ut legi divinæ in Scripturis latæ, tanquam normæ respondeat.

Sanè

Juxta verba Solidæ Decl. Form. Conc. art. VI. p. 721. *Legis doctrina hôc nomine credentibus necessaria est; ne propria quadam sanctimonia religiosum vitæ genus de suo ingenio excogitent, & sub prætextu spiritus Dei electitios cultus sine verbo & mandato Dei instituant. De qua re sic scriptum*

metho-

methodum, quâ ad cultum Deo placentem præstandum homines deducantur; necesse esse dicit, *ad internum illud in semetipsis principium convertere, quasi ad doctorem excellentissimum, qui nunquam in angulum removeri potest. Illinc edocti sunt*, ait, *ad Deum attendere in mensura vitæ ab eo recepta, & sic --- internum hoc vitæ & semen sentire, ut movente illo, ii etiam moveantur & virtute ejus agantur, sive ad orandum, sive ad prædicandum aut cantandum.* Atq; his uberius expositis, concludit: *Hic ille divinus & spiritualis cultus est, quem nec novit nec intelligit mundus, neque vidit eum impurus oculus* Confer. J. Liefde Sect. V. aengaende de Aenbiddinge. pag. 13. & Sect. XIV. aengaende de goede Werken p. 31. Ed. Bourrough. Stand. C. VII. aengaende den Waerachtigen Gods dienst; ende de waerachtigte aenbiddinge des waerachtigen Gods. pag. 9. Is. Pennington Wegh des Levens p. 16. 17.

est: *Non facietis singuli, quod sibi rectum videtur, &c. Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino: neque addas quicquam, nec minuas.* Conf. *B. Chemnit. & B. Gerh.* locis ad thesin citatis.

Præcesserunt & hîc

Enthusiastæ antiquiores, Montanistæ & similes, quibus quicquid ab interno Spiritu proficisci videbatur, bonum opus, &, si circa Deum directè occuparetur, cultus divinus erat. Eâque ratione Anabaptistæ, ac speciatim illi, qui Libertini dicebantur, quamvis de liberatione à lege idem ferè sentirent, quod Simon Magus; prætextu tamen aliô sibi consuluerunt. *Quia enim Scriptura dicit, renatos agi spiritu Dei, finxerunt, esse bonum opus, & ex inspiratione Spiritûs Sancti profectum, quodcunque cuique animi sui impetus suggereret: sive etiam contra verbum.* Ita B. *M. Chemnitius* T. III. L. de Bonis Oper. Cap. I. §. VI. p. m. 14. De Val. Weigelio, objectum novæ obedientiæ labefactante, B. *J. Gerhardus* P. III. Dispp. Acad. Disp. VI §. I. pag. m. 536. scribit: *Dum negat verbum scriptum externum esse normam bonorum operum integrorum ac perfectum, sed requirit insuper verbum internum; --- hâc ratione ad ἐθελοθρησκείας, in verbo revelato toties prohibitas, homines tandem abducuntur.* Huc denique spectat jactata illa *Schola Spiritûs Sancti interna*, in qua quicquid discitur agiturque, sacrum habetur: quam *Schwenckfeldio Weigelioque* Ducibus, à Christ. Hohburgio etiam commendatam obser-

observarunt Theologi *Lubec. Hamb. & Luneb.* P. II. Schutz-Schrifft puncto I. §. 21. seqq. p. 144. & in seqq. passim.

Observatio.

Non agitur hîc de extraordinariis illis paucorum quorundam hominum, peculiariter à Deo excitatorum, actionibus & motibus sanctis; quibus in exemplum uti neutiquam licet: sed de communi & ordinaria via, atque adeò regula cultûs divini, eòque pertinentibus operibus, cum quibus extraordinaria illa confundi non debent.

Thesis III.

Cultus divinus, Christianis in N. T. præscriptus, *secundùm Quakeros* solùm internus est, non externus: nisi ut congregentur ad expectandos motus internos atq; immediatos, ac sic demùm actus externos præstent, quando singulis sigillatim Spiritus internus certum quendam actum externum, tanquam cultûs causa exercendum immediatè dictitaverit.

Ita

Barclajus Apol. Thes. XI. §. X. p. 234. *Non invenimus*, scribit, *quòd Jesus Christus Christianæ religionis author, ullam præscripti cultûs formam suis præscribat sub puriore novi fœderis administratione; sed solùm*

Antithesis III.

Non solùm internus cultus, sed & externus, in tractando verbo externo, & quæ huc pertinent, occupatus, divinitùs præceptus, ideoque in N. T. præstandus est: nec tamen ad immediatum impulsum internum Spiritûs, sed mediante verbo extrinsecùs propositô, animôque recepto, dataq; occasione agendi.

Videantur

Quæ Nostrates in explicatione secundi & Tertii præcepti decalogi docent. In ipso Catech. Maj. pag. 415. hæc leguntur: *Quemadmodum primo præcepto cor hominis institutum est, & fidei ratio tradita,*

T declarat

declarat cultum, nunc præstandum, esse spiritualem, & in Spiritu; & ut observatu dignissimum est, in toto Novo Testamento nullus nec ordo, nec præceptum hac in re datur, nisi ut revelationes Spiritûs sequantur, præter illud unum, ut simul conveniant, & congregationes non deserant. Sic posteà §.XIV.&XV.p.241. seqq. differentiam cultûs *veteris fœderis*, aut *sub lege;* & qui *nunc sit sub novo fœdere*, traditurus, illum quidem *in externis observationibus constitisse* docet; hîc autem *secundùm cœlestem suam sapientiam visum* Christo *fuisse filios suos ducere in via magis spirituali, cœlesti, faciliore & magis familiari, ita sic etiam instituisse internum & spiritualem cultum, ita ut nunc populum suum non limitet templo Hierosolymitano, neq; externis ceremoniis & observationibus, sed cor cujuslibet Christiani sibi in templum assumat, ibiq; immediatè appareat & instruat, quomodo velit coli in externis aliquibus actionibus:* quæ verba ejus sunt p. 143. 143. Conf. ejusd. Catech. cap. X. p. 81. Atque his etiam non solùm dicta sociorum, locis ad Th. I. citatis sed & praxis Quakerorum communis respondet.

dita, ita secundum foràs nos producit, eoque & linguam erga Deum fingit ac format. Et pag. 421. *Hic rectus nominis divini cultus est, — ut cor prius per fidem Deo suum honorem tribuat, deinceps verò os honorificâ confessione idem faciat.* Atque ita etiam in explicatione præcepti III. pag. 424. 425. de cultu Sabbati externo & publico prolixiùs disseritur. Unde B. *Balduinus* L. II. Cas. Consc. cap. VI. pag. 142. scribit: *Requirit Deus hunc cultum* (externum) *à nobis, æquè ac internum, quia diligendus est ex totis viribus, ergo omnes nostri sermones, gestus ac opera de nostra in Deum fiducia & amore testari debent. Et quemadmodum Christus & animæ & corporis nostri redemptor est; ita & utriusque in Deum directio est necessaria &c.*

Eadem mens fuit

ENTHUSIASTARUM antecedentium, spiritualia externis ita opponentium, ut dum illa urgerent, externi cultûs nihil relinquerent, nisi quid spiritus suus noviter & in singulari præcepisset. Fuit hæc ANABAPTISTARUM sub *libertatis* Evangelicæ nomine aliis imponentium hypocrisis. Neque sacra eorum aliter constabant: quod & mox dicemus clarius. Interea DAVIDIS GEORGII notamus sententiam, qua statuit, *jam desinere in Ecclesia debere cultum omnem religionis externum,*

verbi

prædicationem, Sacramentorum & aliarum rerum usum. Vid. J. Mus-
L. VI. Summ. Contr. pag. 389. Sed & CHRIST. HOBBURGIUM,
venckfeldii & Weigelii discipulum in nostrates acerbius invectum
mus, quòd externos cultus frequentarent. Man hat alles auff
eussere Wesen --auff den eusserlichen Gottesdienst gezogen &c.
n Spiegel p. 48. Plura autem videri possunt in Theologorum
Hamb. & Luneb. Warnung/Abus. XIII. p. 343. seqq.

Observatio.

Non de eo agitur: Utrum in N. T. cultus Dei verus ac spi-
ilis in actibus externis, in se, aut ut vulgò dici solet, in o-
operato, licet sine internis animi motibus sanctis fiant, con-
:? Neque an certi quidam cultus externi, quoad tempora,
formulas verborum, aut circumstantias alias, in N. T. determi-
sint præcepti, atque ita præcisè necessarii? Sed quod Quakeri
externum in N. T. divinitùs, & tanquam ad cultum Dei per-
is, ne in genere quidem, præceptum statuunt; id inter errores
ım referri omninò debuit.

THESIS IV.

eciatim orationes & pre-
es externas, non nisi ad
ulsum Spiritûs immedia-
fieri debere, *credunt*.

Videatur

ARCLAJUS Apol. Thes. XI. §.
. 127. ubi scribit: *Orare per*
im præsupponit necessariò silenter

ANTITHESIS IV.

AD orationes & preces ex-
ternas, non expectandus
est immediatus impulsus in-
terni spiritûs; sed juxta necs-
sitates & occasiones varias,
verbique divini ductum, pre-
ces ex fide fieri possunt.

Sane

Ipsam *consuetudinem divini nomi-*
nis invocandi, quâ *cor primum per fi-*
dem Deo suum honorem tribuit, dein-

primò

primò attendere, ut sentiantur spiritus motus ad ea ducentes. Et §. XXI. pag. 253. inter *Orationem externam & internam* distinguens; *illam* quidem definit, quod sit *secreta illa animæ introversio, quâ secretè facta, & lumine Christi in conscientia experrecta, & sic sensu iniquitatum & indignitatis humiliata ad Deum aspirat, & cum secretis illis divini seminis spirationibus jungens ad illum suspirat, & constanter secreta sua desideria & aspirationes ad eum emittit*, &c. *hanc* esse dicit, *quando anima (in hoc exercitio introversionis sistens & divini spiritus inspirationem sentiens) potenter influentem vim & libertatem, Spiritûs superadditâ motione & influentiâ accipit, vel sibi in corde, licet non audibili voce distinctas, ejaculationes emittendi, vel eas verbis effandi aut suspiriis, idque vel in publicis conventibus, vel privatim, vel sub degustationem.* Hinc de usu utriusque distinctè etiam judicat. *Internam orationem omni tempore necessariam esse* dicit. *Externam orationem ex interna* ita *pendere, ut præstari non possit sine superadditâ influentiâ & motione spiritûs*, pronunciat. Probationes autem subjungit. §. XXII. p. 255. Conf. St. Crisp. Triumph/Resp. ad inculpationem sextam, p. 12. Die jenige/ ait, welche Kinder Gottes/und durch den Geist Gottes geleitet seyn/ watten nach seiner Regierung/ und so wir dadurch geleitet seyn zu beten — so thun wir es. Sic & reliqui, ubi de *adoratione* agunt: I. N. Ed. Bouwough, & alii.

ceps verò os honorificâ confessione idem facit; vehementer salutarem esse & utilem: satis superque docet B. *Lutherus* in Catech. Maj. Expl. Præc. II. p. 421. 422. Similiter *de occasionibus exercendæ invocationis; quæque requirantur & exsuscitent ad invocationem*, etiam prolixiùs agitur in Explic. Orat. Domin. p. 505. seqq.

Ex antiquioribus hæreticis

Prodiciani, qui & *Adamitæ* dicti, Gnosticorum quidam surculus, similiter preces externas fastidierunt, docentes, *non esse orandum;* teste *Clemente Alex.* Lib. VII. Strom. p. 722. D. Qui etiam sequentia addit: *Ne de hâc impia sua sapientia, tanquam nova & aliena hæresi se efferant, sciant, eam à Philosophis, qui dicuntur Cyrenaici, se accepisse.* Ipse autem contendit, non tantùm *cogitandum*, ac tacitè orandum & desiderandum; verùm etiam *petendum* esse, juxta *regulam Ecclesiasticam*. Ex junioribus, Weigelius P. II. Post. p. 64. disputavit; Christianos

per-

llos non indigere orali precatione. Die Vollkommenen dürffen kein Mundgebeths/sie beten im Geist und in der Warheit. Necta- negavit,externas precationes accedere posse, si quas spiritus rnus protulerit: quemadmodum & ipse im Guldengriff sub finem orumque omnium capitum, sed & alibi in libellis suis, precatiuncu- criptas, adeoque externas, quam plurimas adjecit. Eodem mo- ntelligendum est quod CHR. HOHBURGIUS P. II. Post. f. 614. b. scri- : Kein erheben der eusseren Stimme gilt vor GOTT/ der im st durch Erhebung des Geistes mit der Stimme des Geistes mit usprechlichen Seuffzen wil angebethet und verehret seyn. Conf. d. Theol. Myst. P. III. Cap. IX. §. 3.

Observatio.

Non est quæstio: Utrùm externa precatio simpliciter sit ne- ria, & ad internam semper accedere debeat? Neque, an ipsa per ibeat efficaciam movendi Deum? Sed annon Deus, qui mente cari vult, etiam voce externâ preces ad se, à Christianis, datâ sione, fieri jusserit, quamvis non intercedente immediatô spi- s interni impulsu?

THESIS V.

primis certas formulas ad ecandum malè adhiberi, ne ipsam quidem Oratio- n Dominicam Christianis novo fœdere à Christo scriptam esse, *putant*.

Ita

VILLIAM CATON. Besch. p. 11. ehendit eos, *qui ad libros pre-*

ANTITHESIS V.

CErtæ formulæ ad precandum rectè adhiberi possunt, modò conditioni & statui orantis conveniant: Inprimis oratio Dominica, in exemplum precationis à Christo data nobis est; *juxta Nostrates*.

Etsi iterum

In CATECH. MAJ. de oratione Dom. pag. 509. legimus: *Deus ipse*

 cationem

Libellorum confugiant: Welche nicht habende das jenige / so ihrer Schwachheit auffhilfft / zu den Büchern lauffen müssen / darinn sie finden geformirte Worte / die sie können überlesen mit einem eitelem Gemüthe. So du nun wirst bewiesen haben / das Christus aus einen Buche gebethet / oder daß er seine Jünger gelehret aus Büchern zu bethen / oder daß die Apostel aus Büchern gebethet / und andere also zubethen gelehret / so hastu etwas bey der Sache gethan. Aber dieses ist und wird unmüglich für dir seyn zu beweisen. De oratione Dominica autem R. BARCLAJUS Apol. Thes. XI. §. Resp. 234. expressè negat, *præscriptam esse ad orandum*; nisi *discipulis infirmis, antequam Evangelii dispensationem acceperant; & ut exemplo iis ostenderet, quomodo orationes eorum breves esse deberent*; non autem *fuisse orationem illam ecclesiæ præscriptam formam orandi*: de quo ibidem prolixius disputat.

(intelligitur filius Dei, Christus θεάνθρωπος) *verba ac modum orandi nobis præscripsit, ac velut* (cibum) *præmansum in os inseruit, quomodo & quid nos orare oporteat* &c. Confer B. BALDUIN. L. II. Cas. Consc. Cap. VII. Cas. XIII. p. m. 202. ubi præter orationem Dominicam, *Psalmis Davidicis, & formulis precum, quæ in libris publicis reperiuntur, uti licere*, ostenditur.

Præiverunt

Omnes illi, quos ad Thesin priorem citavimus. Qui enim preces externas communiter rejiciunt, nisi quando spiritus immediatè eas dictitaverit; haud dubiè etiam certas formulas aliunde oblatas usurpare detrectârunt. Videntur autem Quakeri errorem illum suum proximè hausisse *ab Independentibus*, seu *Brownistis* (unde etiam primùm prodiisse feruntur.) Novimus enim, *disputâsse Brownistas super formulis, an adhibere aliquas in precibus liceat? adeoque an orationem Dominicam ipsam, de quâ idem intelligebant; annon? Haud licere, contendebant, sive alias quasvis formulas sumamus, sive orationem Dominicam. Imò existimabant Antichristianum esse, & superstitiosum: datamque à Christo Orationem Dominicam, non ut precandi esset formula, quâ utamur; sed ut pro exemplari solùm inserviret, doceretque quomodo & quâ methodo precationes nostras componere & instituere debeamus. Apol. ad Oxonienses thes. IX. Robin-*

sonus

fonus cap. III. Greenwood, ipsorum Martyr, peculiari hujus argumenti libello, adversus Giffo: dum. Refert *Hoornbeck* Summ. Controv. Lib. X. qui est de Brownistis p. m. 793. 794. Conf. ejusd. Epistola de Independentismo pag. 359. seqq. Quamvis Idem etiam Summ. Controv. L. VI. p. 495. 496. meminerit, Auctorem Libelli: *Ad Legem & ad testimonium* &c. (cujus auctorem initialibus tantùm literis *A. B.* designat, *sibique notum & amicum* fuisse, sed qui *separatum ab omnibus in Christianismo Ecclesiis cœtum moliretur*; scripsisse autem A. 1645. indicaverat p. 463.) formulas precum privatarum publicarumque taxasse, quem etiam ideò refutat.

Observatio.

Obscurat *Barclajus* controversiæ statum, quasi de oratione Dominica disquiratur; an ita sit præscripta, ut non *liceat uti aliis orationibus?* de eadem etiam & aliis orationum formulis quatenùs per illas *limitetur cultus* (velut serviliter): & annon satiùs sit, ut in precibus utamur verbis *secundùm rei necessitatem?* l. c. p. 234. Sed quis non videt, aliud esse, *nullam pati formulam*; aliud, *non pati, se præcisè aut omninò adstringi ad formulam unam aut paucas*: & porrò, aliud esse, *formulis obviis etsi ad statum nostrum non accommodatis uti*; aliud, *formulas aliunde suppeditatas congruè ad statum nostrum usurpare.*

Thesis VI.	Antithesis VI.
Sic & Psalmorum cantationes nullæ nisi quæ spiritu immediatè movente fiant, *Quakeris* probantur.	Psalmorum, sive hymnorum sacrorum cantationes, licet non à spiritu immediatè movente, modò ex fide fiant, à *Nostratibus* probantur.
Expressè	Ita porrò
R. Barclajus, *quod ad Psalmorum cantationem attinet, eodem modo sicut in præcedentibus, rem se ha-*	Catechismus Major in Explic. Præc. III. Decal. pag. 424. *Ob eam rem potissimùm festa celebrari debere,*

bere, scribit, Apol. ad Th. XI. §. XXVI. pag. 262. *Partem divini cultûs fatemur esse*, inquit. *& quidem dulcem & jucundam, quando à vero divini amoris in corde sensu provenit, & oritur à divina influentia* (immediatam intelligit) *Spiritûs, quâ ducuntur homines ad dulcem harmoniam* *eet, ut die Sabbati, quando aliàs ei rei vacare non licet, otium & tempus sumatur, cultui divino serviendi: ita ut conveniamus ad audiendum & tractandum Dei verbum, ac deinceps Deum* HYMNIS, PSALMIS CANTICIS *& precibus laudemus.*

& verba præsenti conditioni consentanea spiranda & emittenda, sive ea verba, quibus antea sancti usi sunt, ut Davidis Psalmis, vel aliis. Statim autem *communem formalem canendi modum* rejicit, & simpliciter tanquam *abusum damnat.* Atque ita hymnorum publicè privatimqe canendorum morem insectantur W. CATON. Beschirm. pag. 7. num. 14. pag. 19. 20. 28 ST. CRISP. Triumph. pag. 16. num. 5. pag. 21. 22. num. 16. pag. 31. num. 25.

Præcesserunt

Iterum, ut alios taceam, INDEPENDENTES: de quibus *J. Hoornbeck* Summ. Contr. Lib. X. pag. m. 799. *Aliqui illorum*, ait, *abstinent à Psalterio in formam metricam redacto. Alibi factum, ut abolito cantandi in Ecclesia ritu, ac consuetudine, unus, singulari videlicet ad hoc dono instructus cantaret, quod ei suggessisset Spiritus, audientibus reliquis. Alibi sive apud Brownistas, sive Independentes in totum cantionis Ecclesiasticæ praxis omittitur, quasi ceremoniale aliquid, aut pædagogicum vel papale sonans aut referens.* In Epistola autem de Independ. pag. 372. 373. memorat *Cottonum*, libro singulari quem *de Cantu Psalmorum* scripsit, impugnasse *Anti-Psalmistas*, quos appellat pag. 2. i. e. *Separatistas* aut *Brownistas, qui nullam Psalmorum Cantionem sub N. T. agnoscant oralem, tantummodo spiritualem in cordibus: deinde, qui utcunque cantionem admittant, non verò eam Psalmorum Davidicorum, utpote quos censeant pertinuisse ad cultum V. T. ceremonialem, præsertim in templo; jam verò cultum exigi prorsus spiritualem, extra statas Psalmorum formas, æquè ac precum, sed ex singulari dono spiritûs, ut qui Psalmum habet, canat unus alterve publicè in Ecclesia, reliquis in fine adjungentibus suum Amen.* Sed & de auctore Libri *ad Legem & Testim.* memorat, statuisse, *abstinere nos debere ab hymnis, qui tanquam pars divini cultûs cantentur &c.*

Obser-

Observatio.

Etiam hîc confundit Barclajus usum & abusum. Reverà enim non solùm id improbat, si qui hymnorum ab aliis conceptorum formulis in sua persona utantur, qui animis fortunæque ratione planè diversi sunt: (quem etiam morem nec nos probamus, non, quòd formula non sit absque motu Spiritûs immediato usurpabilis, sed quod vitium sit in usurpantibus:) verùm præterea hymnorum quorumvis, quos Spiritus non suppeditaverit immediatè, usum, utcunque quoad personas & circumstantias congruum, rejicit.

Thesis VIII.

Ipsæ etiam Meditationes de rebus divinis discursivæ, quæ non fiunt per Spiritum immediatè ducentem, nec pars sunt cultûs divini, neque ad eum præparatio: *juxta Quakeros.*

Antithesis VII.

Meditationes de rebus divinis discursivæ, etiamsi non fiant per Spiritum immediatè ducentem, modò doctrinæ in Scripturis contentæ inhæreant, & cum assensu fidei ac pia affectione voluntatis sint conjunctæ, aut pars sunt cultûs divini, aut ad eum præparatio.

Scilicet

Videri quidem volunt, *meditationi non adversari*; & *Barclajus* conqueritur, hoc *falsò ex doctrina* sua *inferre quosdam statuisse*: esse autem se *contra cogitationes & imaginationes hominis naturales in sua voluntate, à quibus omnes errores & hæreses, quæ in orbe sunt, processerunt.* Apol. Th. XI.

Scilicet

Pars cultus divini sunt, quando assensum supernaturalem, & voluntatis devotionem præsupponunt aut involvunt: aliàs ad pædagogiam cultus divini pertinent, si tantùm præcedant. De meditationibus autem illis luculentus locus est Catechismi Ma-

§.X. p. 237. Sed nec obscurum est, omnes meditationes ei appellari naturales, quotquot *non* immediatè *processerint à divino illo justitiæ semine*; uti loquebatur §. 236. ubi etiam istas omnes *rejici à Deo*, nec esse, *nisi quasi consula ficûs folia, quibus nuditatem suam Adam operire voluit, pronunciat*.

JONIS in Explic. Præcept. III. p. 429. *Ubi* verbum Deï *seriâ quâdam animi agitatione revocatur in memoriam, aut auditur, & tractatur, nunquam sine fructu evanescit: sed subinde novâ quadam intelligentiâ, voluntate ac devotione auditorem afficit, retinet, excitat, pectusque & cogitationes purificat* &c. Conf. quæ de meditatione verbi habentur in SOLID. DECL. FORM. CONC. Art. II. de Lib. Arb. p. 670. & 676.

Sic autem

Vi ejusdem principii de lumine interno supernaturali & immediato, etiam anteriores Euthusiastæ meditationes discursivas à cultu divino ejusque exercitiis removerunt. Certè V. WEIGELIUS Guld. den Griff Cap. V. & VI. *Cogitationem* & *Sapientiam* etiam renatorum, in *activam* (da sich der Mensch wircklich helt / mit betrachten und erforschen:) & *passivam* (in leidendlicher weiß/ da der Mensch nichts wircket/ er stehet still in allen seinen Gedancken/ und ist gleichsam tod) ita distinxit, ut illam, quod usque patet, *naturalem & Philosophicam*; hanc solum *supernaturalem & Theologicam* diceret p. 17. Conf. Cap. XII. p. 35. seqq. ubi simul ostendere nititur, illam cessare debere, quoad usque homo in his, quæ ad *vitam æternam* Deique cultum spectant, acturus est: & in *Theologos literales in Academiis & suggestibus* &c. meditationem doctrinæ verbi commendantes, invehitur.

Observatio.

Falsò *Barclajus* perhibet, quæstionem *solum* esse de *fructibus naturalis voluntatis hominum; à sui amore provenientium*, quibus *seipsum* homo *salvare quærat*. p. 236. *hominem* enim *naturalem, quà naturalis est, dum in illo statu permanet, cum omnibus suis artubus & partibus & actis à Deo reprobatum esse*. Nam quamvis hîc non necesse sit disputare; utrum actus

actus hominis ex lumine naturæ; quantum ejus post lapsum reliquum est, procedentes, quatenùs ex naturæ lumine proficiscuntur; Deo simpliciter exosi sint, atque ita reprobentur? (quod Barclajus nondum probavit:) certum tamen est, de eo hîc controverti, an meditationes de rebus divinis, quæ non procedunt ab immediata operatione aut influxu spiritûs, sint actus mere naturales, ab amore nostri inordinato proficiscentes, atque ita à Deo reprobati, neque ad cultum divinum, sive per modum partis, sive inter actus pædagogicos referendi? an autem meditationes discursivæ etiam possint ac soleant esse supernaturales, ideoque ad Dei cultum hôc modo spectent? aut si maximè ipsæ supernaturales non sint, ad pædagogiam tamen cultûs spectent, quatenus medium efficax seu organon eliciendi actus supernaturales in usu constituunt.

Thesis VIII.

Ex adverso ad recipiendos motus sanctos internos cultûs divini, indeque orituras actiones externas ejusdem cultûs, velut ex influxu immediato Spiritûs interni; necessaria est, *juxta Quakeros*, cessatio ab omnibus actibus nostris liberis circa res externas, ipsum etiam verbum Scripturæ, sive lectione aut auditu tractandum, sive meditandum: & mentis ad Lumen illud internum atque expectandum ejus influxum immediatum, directio.

Antithesis VIII.

Ad recipiendos, ex influxu gratioso Dei, sanctos motus internos divini cultûs, atque ita porrò ad exercendos actus externos, illis respondentes, non est abstinendum ab externo usu, multò minùs ab interna meditatione doctrinæ sacræ in Scripturis traditæ de his, quæ ad cultum Dei pertinent; ut immediata illuminatio tractusque Spiritûs sancti expectetur: sed omninò potiùs verbo illo, velut medio ordinario, utendum est, *juxta Nostrates*.

Scilicet | Redeunt enim hîc,

Hoc est illud *silentium* sacrum, *non solùm externum corporis, sed etiam internum animæ ab omnibus suis imaginationibus & cogitationibus*, à BARCLAJO tantoperè commendatum. Apol. Thes. XI. §. VII. p. 227. §. IX. p. 231. § X. p. 232. 235. seqq. Hæc illa *Introversio animi ab omnibus sensibilibus*. §. VIII. p. 230. §. XXI. p. 254. §. XXII. p. 255. §. XXV. p. 261. Hæc illa *Vigilia* aut *Vigilantia* spiritualis *coram Domino*, aut in *sancta dependentia ad Dominum*. ∫. VII. p. 227. §. X. p. 232. Hæc illa *Attentio ad Dominum*. ibid. Hæc illa

Quæ suprà Cap. IX. ad Antith. IV. diximus ex Artic. Smal. P. III. Artic. VIII. pag 333. quod *quicquid sine verbo jactatur, ut Spiritus, sit ipse Diabolus* &c. Et B. *Gerhardus* Dispp. Acad. P. III. Disp. II. ∫. 5. ubi *silentium* & *Sabbatum* illud *internum* Weigelianum, quô immediatè à Deo discere jubemur, damnat, breviter & rectè monet: *Spiritus S. nusquam in tota Scriptura ad hunc institutionis modum nos remittit, sed unicè ad verbum* (in Scriptura ipsa comprehensum) *nos revocat*. pag. 844.

Abnegatio sui, opposita *Ipseitati*. §. X. p. 236. §. XII. pag. 238. De quibus velut summatim constare potest ex verbis *Barclaji*, §. VII. p. 226. 227. quorum jam suprà Cap. IX. Th. IV. mentionem aliquam fecimus, hîc autem paulò pleniùs exponere necessum habemus: *Sicut nihil magis oppositum naturali voluntati & sapientiæ hominis esse potest, quàm tacitè hôc modo Deo attendere, ita nec acquiri nec comprehendi aliter potest, quàm ubi sapientiam & voluntatem suam abnegat & deponit homo*, & *contentus est omninò Deo subjici, ideoque nec illud adepti sunt, nec præstiterunt, nisi qui sentiunt, nihil externum, nullas ceremonias, nullas observationes, nulla verba, licet optima verba, Ne quidem Scripturarum verba, animi suis defessis & languentibus satisfacere, quia præsentibus omnibus istis, vis, virtus & vita, quæ ista omnia efficacia faciunt, abesse possunt. His, inquam, ab omnibus externis abstractis esse necesse fuit, & ante Deum silere, & ad internum illud in semetipsis principium convertere, quasi ad Doctorem excellentissimum, qui nunquam in angulum removeri potest, illinc edocti sunt, ad Deum attendere in mensura vitæ & gratiæ ab eo recepta, & sic à suis verbis & actis in naturali voluntate & comprehensione cessare, & internum hoc vitæ semen sentire, ut, movente illô, ii etiam moveantur, & virtute ejus agantur, sive ad orandum, sive ad prædicandum aut cantandum.*

Eadem

Eâdem ratione Is. PENNINGTON Wegh des Levens pag. 25. 26. num. 9. verum Dei cultum penes omnes illos occidisse scribit, quotquot nescirent Deo immediatè docenti ac moventi attendere in silentio. Sic & reliqui, ED. BOURROUGH. Stand. Cap. VII. p. 9. & WILL. PENN. Forderung der Christen vors Ger. p. 67. WILL. SCHEWEN Gl. und Erf. Præf. ad Lect. p. 14. & Cap. XIV. p. 154. seqq. ubi agit de discrimine motuum Spiritûs Dei & spiritus serpentis antiqui in corde humano; Silentium illud, introversionem &c. ad actus cultus divini spiritualiter bonos & sanctos, exigunt & urgent.

Antecessores

Etiam hîc nominari possunt illi, quos suprà Cap. IX. ad Thes. IV. citavimus. Neque enim tantùm in conversione aut regeneratione hominis, sed & post conversionem, penes renatos, ad opera sancta, quibus Deus colitur, *silentii* illius aut *sabbathi interni* necessitatem inculcant. Breviter solùm notabimus, quæ WEIGELIUS habet P. II. Post. pag. 86. Gib dich nach deinen innigen Gebeth offtmahls in ein Silentium, feyre GOTT und halte Sabbath / lasse dich GOTT gantz und gar von innen und von aussen / komme in ein vergessen deiner selbst/auff daß GOTT Raum und statt finde zu wircken und dich zu erleuchten/da wirstu von tag zu tag zu einem solchen Liecht kommen / daß du alle deine Lehrer übertreffest: &c. Ipse autem *Barclajus* MYSTICORUM, quos *ex omnibus* inter Christianos *piissimos & omni seculo* inventos fuisse memorat: *quorum scripta hujus cultus* taciti, aut in silentio præstandi, *explanatione & commendatione scateant, ubi abunde affirment hanc internam Introversionem & Abstractionem animæ ab omnibus (ut vocent) imaginibus & cogitationibus, quod orationem voluntatis nuncupent.* In margine peculiariter allegat & commendat AUGUSTINI BAKERI, *Benedicti ordinis, congregationis Anglicæ, Monachi Duaci, sanctam Sophiam, vel Directiones ad orationem contemplativam, linguâ Anglicanâ editam, excusam Duaci an. 1657. Tract. I. Sect. II. Cap. V.* Similiter BALTHASARIS ALVARII *vitam & Apologiam pro hoc cultu, ad quem relictis ordinis sui observationibus & regulis, interni & divini luminis motu ductus, se converterit.* In eo autem dissidet ipse Barclajus à Mysticis

sticis sub Papatu, eosque taxat, quòd cultum illum spiritualem in silentio, *voluerint* esse *Mysterium quibusdam, tantummodo, qui cellarum mœniis inclusi sunt, præstandum, vel post longas & tædiosas externas observationes, quasi eorum fructus, obtinendum*: cùm adverso Quakeri, *quamplurimos* etiam *mechanicos imò pueros & puellas*, cultûs illius spiritualis compotes factos ostendere possint. Sed de Mystica illa Theologia, Deo dante, dicemus die aliô.

Observatio.

Non est quæstio (1) de eo, an externæ ceremoniæ, sine internis animi actibus & motibus circa Deum, & in cultu ejus, occupatis, per se Deo placeant, cultûsque divini habeant rationem? Neque (2) annon hominem, qui Deum sincerè colere studet, abstrahere oporteat animum à cogitationibus peregrinis, desideriis carnalibus, & quibuslibet objectis, distrahentibus mentem, quæ & quando cultu divinô vacare debet? Nam utrumque horum haud difficulter concedimus, & frequenter inculcamus. Sed an hominem divino cultui intentum, & ab externa verbi scripti tractatione, & ab interna ejus meditatione cessare, atque ita prorsus quiescere necesse sit, ut ne quidem *ad optima verba Scripturarum*, quantumcunque devotè attendat, sed sic demùm illabente spiritu, ad actus internos externosque cultûs divini immediatè perducatur.

CAP.

CAPVT XIII.

De

VERBO LEGIS ET EVANGELII.

QVAKERORVM

Thesis I.

LEgis nomine, *juxta Quakeros*, non intelligi debet in N. T. luminis naturæ dictamen, quô agenda & omittenda definiuntur & præscribuntur: nec doctrina extrinsecùs homini oblata, quæ vim sibi à Deo conjunctam in animo hominis exerat; sed supernaturale & immediatum Spiritus Dei dictamen, quô solô homines in negotio conversionis, & jam renati in opere sanctificationis sint excitandi, dirigendi, impellendi.

Sicut enim

Plerique omnes *legem Spiritûs*, quæ sit *cordi insita* aut *menti indita* &

PROTESTANTIVM

Antithesis I.

PEr legem, etiam in N. T. intelligi debet, *juxta Nostrates*, regula illa agendorum & omittendorum, quam partim intellectus noster naturali lumine quodammodo agnoscit & nobis exhibet, partim & inprimis peculiari revelatione in Decalogo, Deus proposuit, & aliàs pleniùs explicavit: non autem aliquod Spiritûs immediatè illuminantis dictamen & impulsus.

Nempe

Reliqua est *in natura hominis ratio & judicium de rebus sensui subjectis, inscripta,*

inscripta, commendant, ita, ut hanc non solùm *Legi externæ tabulis lapideis inscriptæ*, (atque ita deinde in codice Biblico exaratæ, ac ministerio hominum prædicatæ,) verùm etiam *lumini naturæ* & reliquiis ejus post lapsum opponant, atque adeò contradistinguant. Vid. *Barclajus* Apol. Th. II. pag. 24. & Th. IV. pag. 56. 57. Priore enim loco differentiam Judæorum sub veteri fœdere, & Christianorum sub novo, in eo collocat, quod illi *lege externâ* ducti fuerint; *sub novo fœdere autem lex Dei indita sit menti & inscripta cordi uniuscujusque veri Christiani.* Posteriore loco respicit assertum Pauli *Rom.* II, 14. & *naturam, cujus hoc loco meminit Apostolus, quâ gentes dicuntur facere ea, quæ legis sunt*, docet *non esse naturam propriam hominis*, aut *communem hominum naturam*; sed *naturam spiritualem*, quæ *procedat à semine Dei in homine, sicut novam visitationem divini amoris receperit, & eâ vivificetur*, seu, *quæ ex opere spiritualis & & justæ legis in corde scriptæ procedat.* Facilè autem constat, huc pertinere, quæ *de regula vitæ* Christianorum apud Quakeros passim docentur. Vid. Ed. Bourrough Stand. Cap. XVI. p. 17. W. Schewen Gl. und Erf. Sect. XIII. pag. 148. 149.

reliquum est etiam delectus earum rerum, & libertas & facultas efficiendæ justitiæ civilis. Id enim vocat Scriptura justitiam carnis, quam natura carnalis, hoc est, ratio per se efficit sine Spiritu Sancto. Quanquam tanta est vis concupiscentiæ, ut malis affectibus sæpius obtemperent homines, quàm recto judicio. Quæ verba sunt Apol. A.C. art. XVIII. p. 218. Unde, & quia ista adeò sunt imperfecta, *Credimus, docemus & profitemur, Legem esse propriè doctrinam divinitùs revelatam, quæ doceat, quod justum, Deoque gratum sit: quæ etiam, quicquid peccatum est, & voluntati divinæ adversatur, redarguat:* uti loquitur Form. Conc. Art. V. Parte Aff. num. II. p. 592. *Credimus etiam, docemus & confitemur, concionem legis non modò apud eos, qui fidem in Christum non habent, & pœnitentiam nondum agunt, sed etiam apud eos, qui verè in Christum credunt, verè ad eum conversi & renati, & per fidem justificati sunt, sedulò urgendam esse.* Nam & *hanc vivendi rationem*, quâ *filii Dei secundùm normam legis divinæ, Scripturæ concionibus propositæ, vitam instituunt; D. Paulus vocare solet in suis epistolis Legem Christi & legem mentis:* prout ibid. art. VI. P. Aff. num. II. & V. pag. 595. 596. docetur.

Sed

Similiter C. SCHWENCKFELDIUS docuit, *Legem esse Christum*; scilicet Christum in nobis, doctorem, ductoremque internum & immediatum. L. de Script. ideòque *non* esse *à Moyse inchoandam doctrinam* (de regeneratione & conversione) *& cognitionem peccatorum non venire ex Lege* (externa) *sed ex Spiritu Sancto*. Lib. de vocatione. Qualia etiam habet L. de Evangelio. OSIANDER quoque scripsit serm. in Cap. VIII. Rom. *Spiritum S.* esse *ipsam illam legem*, quæ postulet in nobis essentialem justitiam Dei. Inter ANTINOMORUM autem assertiones locum invenit hæc: *Legis* aut *Decalogi concione non esse præparandos, concutiendos aut emolliendos hominum animos sub Evangelio atque adeò sub gratia constitutos; Spiritum S. non operari conversionem per Legem, sed per seipsum, sine ministerio Legis, hoc efficere.* Vid. B. *Luth.* Tom. I. Jen. Latin. fol. 554. seqq. B. *Schlüsselburg*. Catal. Hær. L. IV. Cap. XXXVIII. De ANABAPTISTIS, Legem Mosis in N. T. vel ideò non valere judicantibus, *ne Christus & Moses confundantur*, videantur, quæ *Wigandus* contra Anab. & ex illo *C. Schlüsselburg*. observavit L. XII. p. 374. seqq.

Observatio.

Non agitur de Lege Ceremoniali aut Forensi Mosaica, sed de lege Morali ac naturali, quæ in N. T. valet. Neque quæritur: Utrum hæc Lex extrinsecus proposita, aut naturali judicio cognita, & animô agitata, citra concursum virtutis divinæ, per solas vires hominis naturales, ad conversionem & sanctificationem ejus sufficiat? sed, an Deus in N. T. homines convertat, & in negotio sanctificationis dirigat, Lege scripta, aut prædicata, aut saltem discursu propriæ mentis non intercedente? quod Quakeri affirmant: Nos negamus.

THESIS II.

EVangelium *Quakeris* non est doctrina extrinsecus proposita, de merito Christi, ad impetrãdam peccatoribus remissionem peccatorum & salutem; sed Christus ipse, quatenus se ut lumen universale & salutiferum hominibus patefacit immediatè.

ANTITHESIS II.

EVangelium *Protestantibus* propriè loquendò est doctrina externa, voce scriptôve proposita, de gratia Dei, & meritò Christi, ad impetrandam peccatoribus remissionem peccatorum & salutem æternam per fidem in Christum.

Ita

Barclajus Apol. Thes. V. & VI. §. XXIII. p. 102. *Licet externa Evangelii declaratio aliquando pro Evangelio sumatur; hoc solùm figurativè & per Metonymiam fit, nam propriè loquendo, Evangelium est interna illa vis, virtus & vita, quâ bonorum annunciatio in omnium cordibus prædicatur, salutem illis offerens, & ab iniquitatibus eorum volens redimere eos, ideòque dicitur prædicari in omni creatura; cùm plurima sint hominum millia, quibus externum Evangelium nunquam prædicatum est.* Talia quoque leguntur in Catechismo ejus cap. XII. p. 30. & Artic. XI. p. 137. Rettung der Warh. p. 26. 27. 28. ubi *Georgium Foxum*, contribulem suum, adversus *Adrianum Pauli* defendit. Inter alia scribit p. 26. *æquè falsum esse & absurdum, dicere, quòd Evangelium in se nihil aliud sit, quàm doctrina externa, de gratia Dei in Christo Jesu; ac si quis dicere vellet; Panis nihil aliud est, quàm sola declaratio; vel, Vinum nihil aliud est, quàm tantùm sermo de eo: Homo nihil aliud est, quàm umbra ejus, & sic vice versa.* Eadem invenimus apud Ed. Bourrough Stand. Cap. XII. p. 13.

Expressè

Majores nostri P. III. Artic. Smalcald. Cap. IV. *Evangelium* describunt, quòd sit *verbum vocale*, quô *prædicatur remissio peccatorum in universo mundo, Deô jubente.* p. m. 329. Et Form. Conc. Art. V. Part. Affirm. num. IV. *Evangelion propriè doctrinam esse censemus, quæ doceat, quid homo credere debeat, qui Legi Dei non satisfecit, & idcircò per eandem damnatur: videlicet, quòd illum credere oporteat, Jesum Christum omnia peccata expiasse, atque pro iis satisfecisse & remissionem peccatorum, justitiam coram Deo consistentem & vitam æternam, nullô interveniente peccatoris illius meritô, impetrâsse.* p. 592. Addatur num. VI. p. 593. & Solid. Decl. p. 714. 715.

Didicerunt hæc quoque

Ab antiquioribus Enthusiastis, præcipuè Schwenckfeldio, quem pridem constat docuisse, *Evangelium propriè loquendo non esse historiam, sermonem, vel prædicationem de Christo*, sed & *potentiam* seu *virtutem Dei*, & *immensam gratiam in Christo.* in præf. de Lutheri Evangelio. Plura ex scriptis ejus excerpta videri possunt apud *Conr. Schlüsselburg.* Cat. Hæret. Lib. X. p. 208. 209. Errore IV. Schwenckfeldii autem vestigia secutum esse Val. Weigelium in his, quæ ad principia fidei attinent, aliàs sæpè monuimus.

Obser-

Observatio.

Scribit *Barclajus* in libello Germ. citato, Rettung der Warheit. p. 26. lin. 6. seqq. quòd *concedi possit, Evangelium non esse Christum, si in suo planè proprio, stricto & absoluto sensu accipiatur*; wenn es in einem gantz eigentlichen/ genauen/ und absoluten Verstand genommen wird; putat autem *non* ideò fas esse, hominem Quakerum *ob verbum unicum* tàm *graviter accusare*. (einen Menschen umb eines Worts halber zum Ubertreter machen.) Sed contradicit sibi primùm, quando in Apologia l. c. p. 102. scripsit: *Evangelium propriè loquendo* esse *internam illam vim & virtutem*; cùm autem pro doctrina *externa* adhibetur, *figurativam* solùm & *Metonymicam* esse significationem. Nimirùm interna illa *vis* ei *Christus* ipse est, & sic nomine Evangelii propriè denotari, jam affirmatur, jam negatur; & oppositum conceditur. Deinde extenuat controversiam; quasi lis tantùm sit de voce, parvi videlicet momenti, & in quâ non sit adversarius nimis urgendus. Sed omninò multum refert, ut rectè doceatur, quid vox Evangelii in casu recto & propriè significet? quid autem in obliquo? præsertim, ne Christus, qui nos regenerat, & medium quô utitur, cùm nos regenerat, confundantur: aut Christus ipse nomine medii sui sic appelletur, ut medium, quod juxta Scripturas agnoscendum erat, excludatur ac negetur.

THESIS III.

ITaque Lex, pro dictamine agendorum accepta, & Evangelium in suo proprio significatu, non differunt: verùm Evangelium ipsum propriè & strictè sic dictum, formaliter præscribit bona opera: *juxta Quakeros.*

Certè

R. BARCLAJUS in Apol. Th. V. & VI. p. 103. explicaturus locum *Rom.* I, 15. quòd *per Evangelium reveletur*

ANTITHESIS III.

LEgis itaque & Evangelii, quando illa & hoc in propria significatione accipiuntur, differentia diligenter tenenda est, *juxta Nostrates*: ita ut Lex sola sit doctrina agendorum; Evangelium autem non item, sed doctrina promissionum, fide amplectendarum.

Ita

In ARTICULIS SMALC. l. c. P. III. Art. IV. p. 329. monetur, hoc esse *proprium officium Evangelii, prædica-*

justi-

Justitia Dei ex fide in fidem; hoc idem esse dicit, atque *revelari anima, quod b..num, justum & aquum est.* Unde intelligi potest, quo sensu paulò antè scripserit, Evangelium *velle redimere* homines *ab iniquitatibus eorum.* Similiter atque etiam apertiùs ED. BOURROUGH, Stand. Cap. XI. p. 13. Evangelium describit, quòd non tantùm sit *manifestatio charitatis Dei erga totum mundum, ad colligendum populum* quendam *ex omni injustitia, in vivam viam vita, pacis & veritatis*, sed etiam *ad ambulandum cum Deo in munditie & sanctitate, & ad abnegandum mundum & omnes vias & opera & cultus ejus, qui mali sunt. &c.* Add. WILLIAM SCHEWEN Glaub. und Erf. Sect. XVI. p. 172. seqq. ubi Evangelium per doctrinam mandatorum æquè ac promissionum describit.

rè remissionem peccatorum. FORMULA CONC. autem Art. V. p. 591. seqq. & SOLIDA DECLAR. p. 709. seqq. *de discrimine illo Legis & Evangelii* ex instituto agunt, & Evangelium, licet in latiore significatu, *totam doctrinam Christi* denotet; propriè tamen, hoc ipso à Lege distingvi, quòd hæc quidem *doceat, quid justum sit*; Evangelium verò non item; quippe quod *nihil aliud* sit, *quàm latissimum quoddam nuncium & concio plena consolationis &c.* Conf. APOL. AUG. CONF. ad art. IV. V. VI. & XX. p. 60. 67. 68.

Equidem

Hic error, confundendi Legem & Evangelium, viventibus adhuc Apostolis deprehensus est in his, qui Legis Zelô se flagrare dictitantes, Evangelium in legem transformabant. Et fatendum est, Legem cum Evangelio confudisse omnes illos, qui Legem per doctrinam in libris Mosis & Prophetarum in V. T. traditam; Evangelium per totam doctrinam scriptis Apostolicis in N. T. contentam, accuratè definiri docuerunt. Atque ita etiam SCHOLASTICI aliique Doctores PONTIFICII veram de discrimine Legis & Evangelii doctrinam depravârunt: quod etiam superiore seculo per *Colonienses, Wicelium* & *Gropperum*, factum esse, B. *Chemnitius* ostendit P. II. LL. Theol. L. de Evang. Sect. II p. m. 222. Tantò minùs mirandum est, Barclaium, in Scholis Pontificiis doctum atque educatum, talia imbibisse & reddidisse. Quanquam & SCHWENCKFELDIUM, WEIGELIUM, cæterosque Enthusiastas, discrimen genuinum Legis & Evangelii fastidiisse constat, qui cùm conversionem & justificationem & alia beneficia spiritualia pro iisdem habeant, pari ratione Legem & Evangelium in N. T. confundunt, non distingvunt.

Obser-

Observatio.

Non quæritur: Utrum Lex, generaliore quodam sensu accepta; & Evangelium, latiore quodam significatu sumta, coincidere aliquando possint & soleant? Hoc enim non negamus, aut ideò sive Quakeros, sive obvios quosvis, acriùs insectamur. Sed de Evangelio *propriè* & *strictè* dicto sermo est; quod à Lege, pro doctrina mandatorum operum accepta, distingvi omninò debere, ne Evangelium, quatenus est doctrina Justificationis, pro doctrina operum habeatur, & opera ipsa Justificationem ingredi putentur, monemus & contumaciter dissentientes improbamus.

Thesis IV.

VErum Evangelium, inde ab excessu Apostolorum usque ad hæc tempora, in nullo cœtu à Quakeris distincto prædicatum fuisse, *perhibent.*

Antithesis IV.

EVangelium verum, *juxta Protestantes*, etiam post tempora Apostolorum in Ecclesia prædicatum; & licet hæreticorum, præsertim Antichristi, operâ obscuratum, attamen subinde testimoniis piorum comprobatum, & diu ante Quakerorum originem, tempore Reformationis per Lutherum factæ, publicæ luci redditum fuit.

Sic expressè

ISAAC PENNINGTON, Weg des Levens &c. pag. 29. velut ex *Apocal.* XIV. 6. docet, *æternum Evangelium* debuisse iterum *prædicari his, qui super terra habitant, & cuilibet nationi, & genti, & linguæ, & populo*; hæc addit: *Merckt, het Evangelium, dat tot de Natien gepredickt wierd alle den tyd van den afval, woos het eeuwige Evangelium niet; dat Evangelium broogbt het Leeven ende de Onsterffelyckheidt niet tot het Licht;*

Pertinent huc

Non tantùm *Symbola* veteris Ecclesiæ, summam Evangelii complectentia: sed & alia, quæ de *consensu Patrum*, primis ac purioribus seculis docentium, antequam Papatus erigeretur; ita porrò de *Ecclesia ante Lutherum*, deque *Testibus veritatis Catholicæ*, à Nostratibus passim docentur. Quam in rem in ipsa *Confessione Aug.* sub finem articuli XXI. hæc leguntur verba: *Hæc ferè summa est doctrina apud nos* (agebatur autem peculiariter de Evangelio art. III. IV. V. VII. XII. XX.) *in qua*

maer sy waren verborgen van de Oogen der Menschen, ende de Menschen hadden elleanlyck een geklanck van woorden in plaets van de saeck. Quasi videlicet Evangelium hactenùs prædicatum populis, inde à tempore apostasiæ, quam ipse quidem usque ad tempora Apostolorum retrò refert (*sind de dagen der Apostelen*; in titulo libelli) non fuisset verum illud æternumque Evangelium, quod vitam & immortalitatem in lucem producit; sed occultatum fuerit coram oculis hominum; hominesque non habuerint, nisi sonum quendam de re. De tali autem tamque diuturno defectu Evangelii veri, quem ipsi Quakeri soli resarciant, restituto Evangelio genuino, (nimirum in luce illa interna atque immediata quærendo ab omnibus, in corde suo) etiam alii plures ex isto cœtu, querelas & jactationes suas ediderunt. Videatur inprimis WILL. PENN. in libello, Forderung der Christenheit vors Gericht pag. 9. seqq. præsertim p. 17. ubi Evangelicos ad Evangelii hactenùs ignorati, novam & solennem prædicationem invitat.

cerni potest, nihil inesse, quod discrepat à Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenùs ex Scriptoribus (Patribus veteris Ecclesiæ, juxta Exemplar Germanicum) *nota est.*

Fuit autem & hæc

Cantilena priorum Enthusiastarum: quorum superiore seculo facile princeps SCHWENCKFELDIUS Lib. de Evangelio ejusque abusu, & Exhortatione ad veram salvificam Christi agnitionem, Evangelium pollicitus est, inter omnes Christianorum sectas ignotum. De THEOSOPHORUM hôc nostrô seculo jactantia, quasi *Æternum Evangelium*, ad se usque ignotum prædicent; *Christum hactenùs non agnitum nec manifestatum* fuisse; quippe *septima tuba* (sub qua novi Prophetæ prodituri essent) *reservatum*, ubi *liber signatus aperiatur & signacula solvantur &c.* videantur, quæ collegerunt Theol. Lub. Hamb. & Luneb. Ausf. Bericht Motivo V. §. 344. p. 178.

CAPUT

CAPUT XIV.

De

SACRAMENTIS BAPTISMO ET COENA DOMINI.

QUAKERORUM THESIS I.

NOmen Sacramenti in Ecclesiam Christianam temerè introductum, velut à gentilibus petitum, non autem divinitùs inspiratum, eliminandum esse *contendunt.*

Expressè

R. BARCLAJUS Apol. Th. XII § II. p. 265. *Mirum est, nomini Sacramenti adeò inhærere Protestantes, cùm terminus sit in Scriptura nullibi inveniendus, sed à militantibus ethnicorum juramentis deductus; unde Christiani, postquam declinare cœperunt, plerosque superstitiosos terminos & observationes traxerunt, ut sic se magis illis gratos redderent, & ad religionem suam attraherent; quod licet bono instituto fecerint, cùm tamen secundùm humanam sapientiam & non divinum mandatum factum sit, perniciosas adduxit consequentias.* Et paulò post: *Hunc terminum apparet, Spiritum Dei noluisse inspirare sacrarum literarum scriptoribus, ut nobis relinquerent.* Et rursùs; *Deponatur igitur illud nomen, quod in Scripturâ non sit, & videbimus, quantum boni in ipso limine redundabit, hunc traditionalem terminum deponendo.* Sic autem etiam anterio-

PROTESTANTIUM ANTITHESIS I.

SAcramenti nomen in Ecclesia Christiana bono consilio receptum, rectè retineri, *credunt ac docent.*

Atque hoc

Ex praxi Nostratium, antiquo mori insistentium, facilè constat. Sic enim Sacramentorum nomine, tanquam congruo, utuntur in AUG. CONFESS. Art. V. VII. VIII. XIII. p. 11. 12. 13. Et APOL. p. 145. 155. 200. 253. 267. sed & CATECHISMO utroque, & alibi, locis benè multis.

terioribus temporibus, qui *Hamburgi* sub examen vocati fuerunt, cùm de nomine Sacramenti à se rejecto interrogarentur, responderunt: das Wort Sacrament stehe nicht in der Bibel. Vid. Hamb. Quakergreuel Cap. V. p. 165. Imò inter causas rejecti à se ministerii Ecclesiastici, hanc quoque allegârunt, *quòd Pastores auditoribus suis de Sacramento aliquo loquantur, de quo tamen Scriptura nihil sciat.* Vid. B *Lassenii* Histor. Erört. Cap. XIII. §. IV. p. 227. Conf. STEPH. CRISP. Triumph num. 23. p. 29. JOH. MEIER autem odium suum & suorum adversùs nomen istud apertiùs declaraturus, *è stagno miseria* (gentilis puto) velut *piscatione* factâ, arreptum fuisse, dixit; das Wort Sacrament ist mit aussgefischet aus dem Pfuel des Elendes/ apud *Maur. Kramerum* in der Christl. Warnung. p. 186.

Ante illos autem

Primi Enthusiastarum, post reformationem, in abolitionem vocabuli Sacramenti studia sua contulerunt: inter quos ipse CAROLSTADIUS: cujus dicteria refert & castigat B. *Lutherus* L. contra Cœl. Proph P. II. Tom. III. Altenb. p. 68. a. Alii vocabulum illud in certamine cum dissentientibus retinentes, non tamen æquè ex sua mente, quod ratum & probatum haberent, usurpârunt: nisi quòd *Anabaptistæ Franckenthalenses* in Colloq. de Art. XII pag. 734. Protocolli, interprete *Rauffio*, confessi fuerunt, Baptismum esse *signum sacrum*, *& sacramentum sive mysterium*, ein heilig Zeichen und Sacrament/ oder Geheimniß. Recentiores, WEIGELIUS, STIFELIUS & socii, nomine sacramenti vix aliter, quàm recensendo, quæ in cœtibus à suo distinctis observentur, usi leguntur. De ZUINGLIO autem constat, optasse illum, *hanc vocem Germanis nunquam fuisse receptam.* Comm. de vera Relig. p. m. 194. (aliàs T. II. Opp. fol. 197.) Et de SOCINIANIS, quòd *vocem sacramenti in significatione* Ecclesiastica *barbaram & sacris literis incognitam, ab hominibus autem otiosis ad tegendum dolum usurpatam*, proclamaverint, vid. *Smalz.* contra Franz. Disp. XII. Th. 106. p. 347.

Observatio.

Equidem de *vocabulo Sacramenti non magnoperè rixandum esse judicarunt majores nostri, si saltem illæ res retineantur, quæ habent mandatum Dei & promissiones.* Vid. Apol. A.C. Art. XIII. p. 222. sub fin. Attamen nec usurpationem vocis antiquæ vitio verti voluerunt; neque illorum ausus

probârunt,

probârunt, qui, cùm res ipsas hôc nomine appellatas sublatum irent, aut perverterent, à nominis improbatione aut censura auspicium capiendum putârunt.

THESIS II.

QVod ad rem attinet, non dari ullum ritum divinitùs institutum, qui sit signum & medium efficax gratiæ spiritualis de remissione peccatorum, in Ecclesia N.T. constanter observandum, *agnoscunt*.

Huc omninò tendit

R. BARCLAJI discursus Apol. Th. XII. §. I. II. p. 264. 265. 266. ubi *superstitionem* Christianorum, velut more *Judaico* aut *gentili* in *ceremoniis* hærentium, *idque in iis, quæ Sacramenta dicuntur*, taxat; quæ tamen plerumque sint *mera umbra resque omninò externa*: quò non tantùm *Pontificiorum* illa superflua; verùm etiam *Protestantium* duo Sacramenta refert; ac tandem concludit; *Nihil aliud hæreditatis nostræ signaturam & arrhabonem nominari in Scriptura, præter Spiritum Dei, hôc nos dici signari, quod & dicatur hæreditatis nostræ pignus, & non externâ ablutione vel manducando aut bibendo.* Quod quidem eô locô *generaliter* à se *dictum* esse monet, *non modò ad thesin* de baptismo, *sed etiam ad sequentem* de cœna, *introductionis loco* futurum. Eadem autem est sen-

ANTITHESIS II.

DAri autem Sacramenta i.e. ritus divinitùs institutos, qui sint signa & media efficacia gratiæ spiritualis de remissione peccatorum, in Ecclesia N.T. constanter observanda, *certi sunt*.

Docet hoc

Non tantùm praxis Nostra communis, sed Librorum Symbolicorum frequens confessio. AUG. CONFESSIO Art. V. *Ministerium porrigendi sacramenta institutum esse* testatur, *ut fidem consequamur*; quia nimirum *per sacramenta, tanquam per instrumenta* (sicut *per verbum*,) *donatur Spiritus S. qui fidem efficit.* p. 11. Et Art. XIII. *Sacramenta* esse *instituta, non modò ut sint notæ professionis inter homines, sed magis, ut sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem in his, qui utuntur, proposita.* APOLOGIA A.C. p. 253. describit *Sacramentum, quòd sit ceremonia, vel opus, in quo Deus nobis exhibet hoc, quod offert annexa ceremoniæ promissio.* Confer p. 267. 268. de usu & efficacia Sacramenti. In præfatione quoque CATECHISMI MINORIS p. 363.

tentia

tentia sociorum ad Th. praeced. I. citatorum. | 364. de Sacramentis non negligendis, sed frequentandis, agitur. Quibus respondent, quae in CATECH. MAJORE explic. quartae partis de Bapt. p. 534. seqq. habentur, ubi *doctrinam de sacramentis esse Ecclesia necessariam*; in illis *non opus sine verbo, sed unà cum verbo Dei considerandum esse*; à quo *ceremonia habent rationem Sacramenti*, nec enim esse *Spectacula, sed testimonia promissionibus addita, ut certiùs credamus.*

Fuit autem

Eadem sententia antiquiorum. *Theodoretus* Lib. I. Haeret. fab. mentionem facit quorundam ASCODRYTORUM (qui aliàs *Ascodrupeta, Ascodrupta, Ascodrypta, Ascodrobi*, Graecè ἀσκοδρῦπται & ἀσκοθρῦπται appellati sunt) quòd docuerint, *Non oportere divina mysteria, qua sunt invisibilium signa, per res, qua videntur, peragi; nec incorporea per sensibilia & corporea*; quapropter etiam *nec eos, qui* ad ipsos *accedebant, baptizaverint, solâ autem veri cognitione redemtionem hominum fieri docuerint.* Addit Theodoretus, nonnullos ex iis ARCHONTICOS dici. Et jam ante eum *Epiphanius* Haer. XL. Archonticos, *Valentinianorum* prosapiam, tanquam contemtores Sacramentorum, qui *Sacrum lavacrum execrentur*, licet fortè jam antè fuerint baptizati, *mysteriorum quoque participationem ac bonitatem reprobent*; describit. MESSALIANOS autem, quos etiam *Psallianos* & *Euchitas* dici novimus, *Theodoretus* similiter testatur deprehensos fuisse, quod statuerent, *nemini quicquam prodesse Sacrum baptisma, neque prodesse neque ladere quenquam divinam escam* (uti ipse quidem loquitur) *solam autem orationem sedulam expellere domesticum Damonem.* Lib. IV. Hist. Eccl. cap. XI. Idque confirmat *Damascenus* L. de haeres. Seculô autem, quod nostrum proximè antecessit, certum est, coelestes Prophetas in eundem lapsos esse errorem: prout de CAROLSTADIO memorat Lutherus, loc. cit. Tom. III. Opp. Altenb. p. 93. a. id eum egisse, ut Sacramenta, quoad usum pariter externum & fructum spiritualem tolleret, in eorumque locum sua somnia & deliria collocaret. Idem agitabat SCHWENCKFELDIUS, quando in Ep. LXXIV. scripsit: *Salus & vera cordis mundatio non consistit in evanidis elementis, neque in ullo externo verbo, sed in verbo Dei, quod est Christus.* Talia etiam in Epist. XXIII. in Confess. fidei, inque Catech. de Verbo, leguntur. Quando autem vel ipse, vel alii, ac nominatim WEIGELIUS cum suis, usum aliquem Sacramentorum admisisse leguntur, mox tamen apparuit,

quomo-

quomodo adhibitâ distinctione inter hominem *externum* & *internum*, illi tantùm, non æquè huic, prodesse & sic instituta esse Sacramenta, docuerint. Majore quidem impudentiâ DAVID GEORGIUS asseruit, quòd *secum, tanquam altero Christo desinere in Ecclesia debeat cultus omnis religionis externus, adeoque & sacramentorum.* Vid. *Hoornb.* Lib. VI. Summ. Contr. p. m 389. ESAIAM STIFELIUM, *Sacramenta non esse necessaria*, statuisse, ex Vol. I. Act. probant Antecessores nostri in Append. Consil. Dedek. p. 49. b. Reliquos etiam *Prophetas novellos*, ac THEOSOPHOS *ψευδωνύμως*, eô nomine in Ecclesiarum nostrarum ministros debacchatos novimus, quasi Antichristianô more, *Sacramentum & Characterem suum manui ac fronti hominum,* cum *pollicitatione salutis*, temerè conferant, atque ita *salutem & regnum cælorum in rebus mortuis & miserâ literâ* (in toden Dingen und elenden Buchstaben) *quærant.* Vidd. quæ collegit *Ministerium Tripol. Lub. Hamb. & Luneb.* Ausf. Bericht / Motiv. X. §. 763. p. 432.

Observatio.

Non est quæstio de ritibus Sacramentalibus, *vel* absolutè necessariis, *vel* vi ipsius rei aut actionis externæ, præcisô concursu Dei, efficacibus, *vel* absque fide, quantumcunque indigno & contumaciter incredulo homini, actu salutaribus: Nihil enim horum Nostrates docent aut suum faciunt: sed de rituum sacrorum divinitùs institutorum & promissione gratiæ Spiritualis locupletatorum observantiâ, juxta institutionem divinam, & ubi occasio datur, necessaria, cum respectu ad fructum salutarem rectè utentibus expectandum.

CAPVT XV.

De

BAPTISMO.

QVAKERORVM

THESIS I.

SPeciatim Baptismus in Ecclesia N.T. non nisi internus & spiritualis, locum habet, *juxta Quakeros*; externus verò aquæ baptismus figura tantùm illius temporaria fuit, qui nec diu durare debuerit, hodièque non amplius observari debeat.

PROTESTANTIVM

ANTITHESIS I.

BAptismus externus, sive aquæ, in Ecclesia N.T. vi institutionis Christi divinæ usque ad finem mundi observari debet.

Videatur

R. BARCLAJUS Thes. XII. & Apol. ejus, p. 263. seqq. præsertim §. III. & porrò, ubi distinctè probat, *Quod solummodò unus sit Baptismus*, *Quod unus hic baptismus, qui & Christi baptismus sit, non sit lotio vel ablutio aquæ*, (quòdque *baptismus aquæ & Baptismus Spiritûs unum baptisma non faciant, virtute unionis sacramentalis*,) *sed* baptismus ille unus sit *baptisma Spiritûs*, *Quòdque baptisma Johannis hujus figura fuerit*, *& ceu figura cedat substantiæ*, ideòque *baptismus aquæ non sit continuandus*, *quasi statutum perpetuum Christi in Ecclesia sua.* §. V. ex adversò autem, qui *baptismum aquæ necessariam Christianæ religionis institutionem faciunt, novæ fœderis dispensationi derogent &c.* §. VI. Idem etiam Respons. ad Exercit. Nic. Arnoldi p. 36. contendit, *Christum aquè voluisse tollere baptismum ac circumcisionem.* Similiter contra necessitatem Baptismi aquæ prolixè pugnant W. CATON Onders. p. 20. Beschirm. p. 42. 43. G. Fox Beschirm.

Certè

Baptismum esse *ad salutem necessarium*, docet AUG. CONFESSIO art. IX. p. 12. idque repetitur in APOLOGIA p. 156. Quò accedunt, quæ in CATECHISMO UTROQUE, præsertim *Majore*, p. 535. habentur, *Baptismum ab ipso Deo institutum, adhæc severè præceptum* esse, *ut nosmet baptizandos offeramus, aut non salvari nos posse.* Addantur, quæ ibid. & pagg. seqq. legi possunt.

der

:r Warh. p. 9. & Vorstellung von der Tauffe Joh. und Christi 3. ad 9. W. Ames contra Lassen. Cap. XV. p. 35. 36. Thom. Lawson ntra Zentgraff. p. 89. St. Crisp. Triumph / p. 10. 11. W. Schewen Laub und Erfahr. Cap. IX. p. 98. seqq. J. N. Liefde tot de Verl. p. ;. seqq.

Ex antiquioribus

Repeti hic possunt Ascodrutæ (aut Ascodryptæ) & Messaliani ad hesin I. citati, qui Baptismum externum ac visibilem sublatum iverunt. dduntur à *L. Danæo Pelagiani*, tanquam *spernentes Baptismum Christi.* :d fatendum est, quod *Pelagius*, licet peccatum originis negaret, adeoque digentiam baptismi; non tamen ipsum baptismum sustulerit. Nam & :rba ejus sunt in libello fidei suæ: *Baptisma unum tenemus, quod iisdem acramenti verbis in infantibus, quibus etiam in majoribus, dicimus esse ce-brandum.* Vid. *Aug.* Lib. de Pecc. Orig. cap. XXI. T. VII. Opp. m. 337. b. A. & lib. præced. de Gratia Christi Cap XXXII. pag. t. a. B. Imò & *Anabaptistæ* in Colloq. Franckenthal. Artic. XII. &. XXXI. n. X. pag. 632. confessi sunt, *Baptismum* esse *ordinationem et mandatum Dei, & signum externum, per quod interna ablutio peccato-m significetur &c.* & n. 16. baptismum esse *sigillum fœderis Christi, quod lèles cum illo faciant.* It. Act. XXXII n. 1. p. 645. fassi sunt, *baptismum rtinere ad eos, quibus Evangelium prædicatur, qui illud credunt, pœniten-m agunt & animitùs recipiunt.* Itaque *quia Christus mandaverit, Apo-li idem docuerint, & fecerint, propterea & nobis incumbere illorum vesti-a sequi.* Schwenckfeldius autem sine verecundia docuit, *Baptismum ua non esse necessarium, neque debere sic æstimari, ac si nemo absque eo sal-u fieri queat.* Epist. LXXIII. David Georgius affirmavit, *esse caremo-am inanem & typum sequentis substantiæ*, eine leere Ceremonie und orbild des nachfolgenden Wesens. vid. Ausspruch der wahren Re-;ion Cap. IIX. seqq. F. Socinus Disp. de Bapt. valdè prolixus est, ut probet; ptismum *non* fuisse *à Christo præscriptum*, sed *liberè tantùm ab Apostolis us-rtum*: T. I. Opp. p. 709. seqq. & Resp ad Mart. Czechovit. Not. 7. p. 748. *Fit, t, ut baptismus aquæ tanquam Ceremonia sub N. T. à quo omnes fermè cere-oniæ exulant, parvi fieri possit.* Magis apertè & crassè *Joh. Sommerus* Tr. Bapt. adultorum: *Nos*, inquit, *omissâ pietate, non aliter, quàm olim Isra-ta ex serpente (antiquitùs usurpato) fecerunt idolum, salutem nostram tastruimus in ritu baptismi (initio N. T. usurpato) eoque, quod Christi tem-re legamus homines baptizatos esse, persuasimus nobis temerè, idem à nobis*

etiam requiri, cùm tamen baptismus ille ad nostra tempora nihilominus pertineat, nec saniori à nobis imitatione usurpetur, quàm si quis arcam Noa, Gen. VIII. Jugum Jeremiæ, Jer. XXVIII. aut Regis Joas Sagittas, II. Reg. XIII. sine certo Dei jussu & mandato velit imitari & redintegrare. Val. Weigelium similiter Baptismi necessitatem negasse, ex P. I. Postill. pag 30. & 31. constat, ubi *magnum errorem* vocat, quod *baptismo necessitas* sit adscripta. Consensum autem Weigelianorum & Socinianorum, in exceptionibus ad nostratium argumenta pro necessitate baptismi allata, ostendit B. *Th. Thummius* Imp. Weig. Error. LXXIII p. 172. seqq. Stifelianorum cum Weigelianis harmoniam in hoc puncto declarant Antecessores nostri in App. Consil. Dedek. p. 48. a. b. ubi ex Vol. 1. Act. referunt, hominem quendam illius gregis, qui se *Levi* appellabat, respondisse, *se* quidem *persuasum esse, quod Baptismus externus adeò necessarius non sit; attamen servetur propter infirmos, donec Dominus ipse suo tempore eum abroget.* Et quanquam impostores illi interdum valdè speciosè de baptismo loquantur, eique multum tribuant; facilè tamen deprehensum est, quod non loquantur de baptismo externo, sed interno.

Observatio.

Non hîc agitur de accidentalibus quibusdam ceremoniis, quæ ab Ecclesia baptismo sunt adjunctæ, quas indifferentes esse, facilè concedimus: Nec de necessitate baptismi tanta, quâ mera privatio, etiam sine contemtu, damnet: sed de necessitate ex vi ordinationis ac mandati divini ad omnia secula Ecclesiæ N. T. se porrigentis.

Thesis II.

Baptismus Infantum, *juxta illos*, non tantùm non necessarius; sed omninò omittendus est.

Sanè

R. Barclajus non satis habuit in Thesi sua XII. scripsisse; *Quoad Baptisma infantum, mera traditio humana est, cujus nec exemplum, nec*

Antithesis II.

Infantibus Christianorum Baptismus, *juxta Nostrates*, non tantùm rectè & utiliter; sed necessariò confertur.

Sic iterum

Non solùm praxis nostra est manifesta: sed & Aug. Confessio Art. IX. p. 12. docet, *quòd pueri sint baptizandi, qui per baptismum oblati*

præc-

præceptum, in universa Scriptura inveniri est: verùm etiam sub finem Apol. illius Theseos pag. 286. 287. apertè fassus est, *ultimam thesis suæ partem baptismi infantum usui refragari.* Et cùm *Nic. Arnoldus* in Exerc. de Quakerismo docuisset, quòd *negatio pædobaptismi ad gangrænam Anabaptisticam pertineat*; Barclajus ex adverso in Animadvers. ad Exerc. illam p. 36. 37. *Quod si ego regeram,* ait, *ipse Pædobaptismus (per aquam externam) ad Antichristi regnum pertinet & gangrænam Papisticam; eâdem facilitate respondérem, quâ ille impugnavit.* Ita autem & socii in libello Gründe und Ursachen/ warum sie die Lehre dieser Welt verläugnen p. 2. Peculiariter W. Caton Ondersoek. p. 20. ad Quæstionem: *Utrum Quakeri infantes suos baptizent?* respondet: *Sy en doopen hare kinderen niet na den loop des werelts; &c.* i.e. *Non baptizant infantes suos secundùm cursum hujus mundi*; additâ ratione, quòd *neque dictum aliquod Scripturæ de baptismo infantum; neque exemplum in Scriptura pro eo inveniant.* Confer Beschirm. p. 17. & Schall der W. p. 18. Et W. Ames contra Lassen. Cap. XV. p. 36. pædobaptismum, qui aspersione fit, (das Spritzen der Kinder / welches Ihr tauffen heisset/ inquit) pro *fabula* habet, quâ nostri conentur *populum Dei captivare* &c. (zu euren auswendigen Thaten / und durch eure erdichtete Fabeln / suchet ihr die Gemüther des Volcks GOttes gefangen zu nehmen.) Add. Steph. Crisp. in Triumph. p. 10. 11. 29. G. Fox Beschirm. der W. p. 10.

Deo recipiantur in gratiam Dei; damnat etiam disertè *Anabaptistas, qui improbant baptismum puerorum, & affirmant, pueros sine baptismo salvos fieri.* Apologia autem p. 156. 157. dum idem agit, simul monet, *in Ecclesiis nostris nullos extitisse Anabaptistas, quia populus verbo Dei adversus impiam & seditiosam factionem illorum latronum munitus est.* In Articulis Smalcald. P. III. art. V. p. 329. hæc extant: *De pædobaptismo docemus, Infantes esse baptizandos. Pertinent enim ad promissam redemtionem per Christum factam. Et Ecclesia debet illis baptismum & promissionis illius annunciationem.* Prolixiùs autem in Catech. Majore p. 544. seqq. de Baptismo infantum agitur, & *Rottensium* βαπτισμομαστίγων *objectionibus* respondetur.

Sanè

Olim Baptismus infantum tantâ religione in Ecclesia custoditus fuit, ut ne *Pelagiani* quidem illum abrogare aut omittere auderent. *Neq; enim*

apertè

apertè illi ætati lavacrum regenerationis & peccatorum remissionis audebant negare, ne hoc Christianæ aures ferre non possent: ait *Augustinus* Lib. II. contra Pelag. & Cœlest. de Pecc Orig. Cap. I. T. VII. Opp. p. m. 534. A. 1. quæ etiam leguntur Serm. XIV. de verbis Apost. Tom. X. Opp p. m. 122. *Bernhardus* autem Serm. LXVI. super Cantica, memorat, hæreticos quosdam sui temporis *irridere* consuevisse orthodoxos, *quia baptizent infantes*. p. 765. C. & Epist. CCXL. p. m. 1591. in Henricum *hæreticum* eô nomine invehitur, quod *parvulis Christianorum Christi intercluserit vitam, dum Baptismi negaverit gratiam, nec saluti propinquare siverit*. Superiore abhinc seculo Anabaptistas baptismum puerorum manifestè improbasse, notius est, quàm ut testimoniis probari debeat. Certè in hoc errore convenire omnes Anabaptistas, licet alioqui in multis rebus inter se dissideant, observavit *Joh. Calvinus* in Instructione contra Anabapt. Sed quis primus pædobaptismum impugnaverit, quæritur. Sunt enim, qui *Carolstadio* id adscribunt: prout in hanc rem à *B. G. Mylio* Præl. in A. C. ad Art. IX. p. 143. & B. *Gerb.* L. de Bapt. §. 183. p. m. 806. *Philippi Mel.* Commentarius in Ep. ad Coloss. allegatur (ubi tamen istud invenire non potuimus, licet aliô nomine Carolstadium ibi taxatum deprehenderimus) & ab *Erasmo Albero* (quæ quidem nomina sine commate Mylius conjungit, Gerhardus interjectô commate distingvit). & aliis, *Anabaptistarum Patrem* eum constitutum esse, narratur. Certè quod Carolstadius A. 1525. baptismum appellaverit *lavacrum caninum*, (ein Hundes-Bad) Anno seq. 1526. autem, cùm Lutherus suâ intercessione reditum ei in terras Saxonicas conciliasset, filiolum sibi natum ad baptismum obtulerit, & susceptores exoraverit D. *J. Jonam*, *Philippum Mel.* & uxorem *Lutheri*, recensetur Tom. III. Altenb. p. 658. a. Illum verò non fuisse sincerum aut constantem mox apparuit. Alii tamen, & nominatim *Cochlæus* in Actis Luth. & *Bellarminus* Lib. I. de Bapt. cap. VIII. p. m. 49. *Balth. Pacimontanum* Anabaptistarum principem faciunt, qui A. 1527. pædobaptismum oppugnare cœperit libello Mülsburgi in Pannonia edito. Est autem is *Balthasar Hubmeier*, sive Hubmohr/ (uti Lutherus eum nominat Epist. de Anabaptismo ad duos Pastores A. 1528. scripta Tom. IV. Altenb. p. 374. b.) aliàs quòd Fridburgi natus esset, dictus Fridberger / hinc latino idiomate noviter compositô, *Pacimontanus*; Waldshutensium primus post Reformationem Zvinglianam concionator, sed qui mox à Münzero, Thuringiâ exacto & ad Helvetios digresso, seductus, in castra ejus concessit. Vid. *J. Hornb.* Summ.

Contr.

Contr. Lib. V. p. 338. Eum sanè inter primos Doctores suos ponunt Anabaptistæ in Confessione Germanica A. 1664. Amstelod. excusa. Sed *J. H. Ottius* in Annal. Anabapt. ad A. 1524. §. 4. eum jam A. 1526. *Viennæ exustum, uxorem mersam fuisse*, scribit. Rectiùs fortasse NICOLAUS Storck, quem *Phil. Mel.* Enarr. I. Ep. ad Cor. c. XIV. T. IV. Opp. p. 283. *primum in Germania sparsisse venenum illud impiorum dogmatum*, & *baptismum simpliciter irrisisse* refert; pædobaptismi impugnati fundamenta jecisse dicitur: ut quamvis primis annis prætextum haberent Baptismi ideò à se improbati ac retractati, quod sub Papatu collatus esset pueris; mox tamen infantes planè non esse baptizabiles aut baptizandos, apertiùs affirmarent. De ZVINGLIO quæritur, annon is aliquando infantium Baptismum dissuaserit? Vidd. Mylius & Gerhardus ll. cc. Nobis eò excurrere jam non licet. De MICH. SERVETO autem, Antitrinitario, Calvinus Lib. IV. Institt. c. XVI. §. 29. testatur, quòd docuerit, Baptismum suscipi non debere, nisi anno XXX. quâ ætate Christus Baptismum suscepit. Sic deinde Ministri Transsylvani, qui A. 1567. duos ediderunt libros contra Trinitatem & Incarnationem Domini, sub finem eorum addiderunt XXXVI. argumenta contra Baptismum parvulorum. Sic in *Catechismo* SOCINIANORUM *Racoviensi* L. V. qui est de Prophetico Christi munere Cap. IV. quod est de Bapt. Aquæ p. m. 195. 196. ad Quæstionem II: *Num ad eum ritum* (baptismi aquæ) *infantes pertinent?* Respondetur: *Nullô pactô.* Et *Smalcius* in Ex. CLVII. Error. pag. 37. Error 140. *Baptismum infantium pro repuerili prorsùs se habere*, fatetur. Conf. Disp. X. contra Franz. p. 322. ubi *Infantes recens natos Christi per baptismum discipulos facere, tàm esse credibile*, ait, *quàm Psittacos & reliquas aves: & sapere argumentationem* Franzii (ex *Matth.* XXVIII, 19.) *illud, quod quidam, nescio de quo, scribat, eum avibus Evangelium annuntiâsse.*

THESIS III.

ITaque & virtus atque efficacia baptismi aquæ, *juxta Quakeros*, nulla est in ordine ad spirituales effectus, regenerationem ac renovationem, & consequendam remissionem peccatorum.

ANTITHESIS III.

BAptismus aquæ ex divina ordinatione & concursu efficax est ad regenerationem, atque adeò remissionem peccatorum & renovationem consequendam; *juxta Protestantes.*

Scilicet

Hinc potiùs R. BARCLAJUS probare nititur, *quòd unicus Christi baptismus non sit aquæ ablutio, ex necessariis* baptismi *fructibus & effectibus*, qui *Rom.* VI, 3. 4. *Gal.* III, 27. *Col.* II, 12. indicentur, & *omnibus* baptismo Christi baptizatis sint communes; sed in baptizatis baptismo aquæ non æquè omnibus deprehendantur, in plerisque desint. Apol. thes. XII. §. IV. p. 272. Alii quoque per experientiam constare putant, homines aquâ baptizatos, cùm adolescerent, multò pejores factos fuisse: quod non contigisset, si verè fuissent regeniti. Vid. Th. LAWSON contra Zentgraff. p. 27. & W. CATON Ondersf. p. 20. memorat, Quakerorum *quosdam*, equidem *tempore ignorantiæ* (i. e. antequam Quakeri fierent) *aquâ baptizatos fuisse*, attamen *parum* aut *nihil fructûs*, quoad *mutationem in melius*, in ipsis tunc habuisse locum: serò *demùm Deum pro infinita suâ charitate, oculos eorum cæcos aperuisse, & tunc vidisse illos sese, quòd essent pauperes, nudi & miseri*; à vero & unico baptismo hactenùs alieni &c. Addatur W. SCHEWEN Gl. und Erf. cap. IX. & plerique suprà ad Th. III. citati.

Nimirum

Per baptismum ita *offerri* credunt *gratiam Dei, ut pueri, qui per baptismû offeruntur Deo, recipiantur in gratiam Dei*: secundùm verba AUG. CONFESSIONIS art. IX. p. 12. In APOLOGIA autem p. 156. expressè scribunt; *quòd baptismus puerorum non sit irritus sed efficax ad salutem*: quod etiam in discursu seq. uberiùs confirmant. Similiter in CATECH. MINORE de Sacram. Bapt. ad Quæst. II. p. 376. 377. *Quid præstat aut confert Baptismus?* respondetur: *Operatur remissionem peccatorum, liberat à morte, & à Diabolo, & donat æternam beatitudinem omnibus & singulis, qui credunt hoc, quod verba & promissiones divinæ pollicentur.* Idque non solùm ibi porrò, sed pluribus in CATECH. MAJ. pag. 539. seqq. declaratur & stabilitur.

Sic & veteres

Qui Baptismi aquæ necessitatem negârunt, efficaciam quoque ejus simul impugnârunt: quod de MESSALIANIS manifestum est, qui juxta *Theodoretum, ex divino baptismo nullam utilitatem obvenire illis, qui illum consequi meruissent*, μηδεμίαν ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος ὠφέλειαν τοῖς ἀξιουμένοις γίνεσθαι, docuerunt. L. IV. cap. XI. p. m. 164. Ex propinquioribus SCHWENCKFELDIUS in Confess. fidei, in Catech. de Verbo, & Epistolis, loco non uno, præsertim Ep. I. II. III. XXI. & LXXIII. efficaciam baptismi

aquæ

e impugnavit; cujus dicta plura collegit *C. Schlüsselburg*. L. X. Catal. . Error. XXXIIX. p 237. 238. inter quæ vel unum illud notari pot- quod scripsit: *Falsum est, externum baptismum pro lavacro regenera- is habere.* Aliàs autem novimus, quomodo in Epistolis illis senten- de efficacia Baptismi dixerit importare *Papismum idololatricum, Crea- ismum, abominationem detestandam, Ecclesiæ Christi atque omnis pietatis 'ationem*, eine abgöttische Papisterey und Creaturisterey/ abscheu- en Greuel / der Kirchen Christi und aller Gottesfurcht Verstö- g. Anabaptistæ, licet baptismum aquæ propter mandatum Christi rvandum esse, concederent; efficaciam tamen ejus non æquè agno- int, vim significativam tantùm ei tribuentes. Præcipuè Menno, à quo *nistæ*, adversùs efficaciam baptismi calamum strinxit, *Imbecille elemen- non posse Christianos efficere, aut in Christo conservare* docens in libro, n *Fundamentum* inscripsit. Asseclarum autem seu Mennistarum sen- ia eadem ex Confessione eorum, Hoornæ apud Zachar. Cornel. im- sa, artic. XXI. clara est, ubi docent, Baptismum aquæ *non aperire adi- ad regnum cœlorum, neque gratiam ullam vel salutem posse conferre; habere vim conferendi remissionem peccatorum, immunditiem carnis no- purgandi, sed esse tantùm signum & testimonium gratiæ & sanguinis isti in ablutione peccatorum, quam homo per fidem & regenerationem ex ia ante baptismum, per depositionem corporis peccati carnis, quæ in Bapti- annuncietur, in corde acceperit.* In *Colloq. Franckenthalensi* cum Ana- istis, de efficacia vera & reali Baptismi ex instituto actum, atque erro- illorum in lucem productum & confutatum fuisse, non legimus. Nec m: cùm *Calvino-Reformati*, quibus illud negotii incumbebat, ne quidem satis sincerè efficaciam baptismi tueantur: certè salvis hypo- ibus suis tueri non possint. De quo aliàs data occasione videbimus. niani in Catechismo suo Racoviensi ad Quæst. IV. *Quid verò ea de re, tis, quòd sint, qui putent, se hoc ritu regenerari?* Respondent: *Fallun- vehementer ejusmodi.* Et post paulò addunt, *Videri hos quidpiam ido- ria simile.* Et *Smalcius* Disp. IX. contra Franz. p. 289. *De efficacia amentorum, scribit, non est, quod dicatur: Fabulæ enim sunt, aliquam nternam efficaciam in baptismo vel Cœna domini, cùm utraque nihil ali- int, quàm externæ hominum actiones, quibus aliquid, quod in mente ipso latet, expressum volunt.* Sic autem cæteri. David Georgius, quod acramentis in genere dixerat l. cit. Ausspruch der wahren Religion

 c, IIX.

c. IIX. de Baptismo nominatim profitetur, *non esse medium efficax, per quod peccata remittantur, corda purgentur, mundentur, & salva fiant, sed inanem ceremoniam &c.* Val. Weigelius P. I. Postill. p. 57. scribit: Eine große Verwirrung machet der falsche Prophet / indem er lehret / die Wasser-Tauffe wasche die Erb-Sünde / wircke den Glauben / bringe den heiligen Geist. i. e. *Magnam confusionem facit falsus Propheta* (quô nomine non obscurè B. Lutherum tangit) *cùm docet, Baptismum aqua abluere peccatum originis, aut operari fidem, afferre Spiritum S.* Et p. 76. *Baptismus aqua nihil operatur aut dat*: die Wasser-Tauffe wircket noch gibt nichts. Es. Stifelius negavit, *Baptismum conferre aliquid ad remissionem peccatorum*; id enim tantùm præstare *novam generationem à Deo in Christo*. Vol. I. Act. atque inde in App. Consil. Dedek. p. 48. a. Auctor des Monarchen-Spiegels Cap. V. p. 371. *Lutheranos impudentia* accusat, quod *Baptismum externum* dicant esse *lavacrum regenerationis, & operari remissionem peccatorum & salutem æternam omnibus qui hoc credunt. Ego*, addit, *non credo*. Chr. Hohburgii flosculos plures in hanc rem collegerunt Theol. Lub. Hamb. & Luneb. P. II. Tract. contra Patronum Revel. Æg. Guthm. Punct. I. §. 39. p. 228. seq. & Cap. V. §. 7. p. 512. seqq.

Observatio I.

Non est, cur putetur, Nostrates aquæ baptismali, in se consideratæ, aut actioni circa aquam occupatæ, quatenùs externa est & in se præcisè spectatur, efficaciam illam tribuere. Testantur enim potiùs in Artic. Smalcaldicis P. III. art. V. p. 329. *Se non sentire cum Thoma & Monachis prædicatoribus, qui verbi & institutionis Dei obliti, dicunt, Deum spiritualem virtutem aquæ contulisse & indidisse, quæ peccatum per aquam abluat.*

Observatio II.

Non est putandum, Quakeros tantùm aquæ ipsi & actioni externæ in se spectatæ, efficaciam illam denegare; & causæ principali, Deo, propriam esse virtutem illam, docere. Reverà enim negant, Deum virtutem suam huic actioni, tanquam medio aut organo conjungere, & per illam exerere: nec nisi vim significativam illi relinqvunt; si quidem & hanc illi integram relinqvunt.

Thesis

THESIS IV.

Erus autem Christi baptismus, qui in Ecclesia N. T. :re debet & viget, *juxta* , consistit in regeneratione rnâ immediatâ, quâ lumen emen spirituale, substantiale

ANTITHESIS IV.

IMmediatè homines in Ecclesia N. T. regenerari, velut per lumen internum spirituale, atque ita baptizari Christo, falsum est.

.lutiferum, quod in omnibus esse credunt, in aliquibus ita suscitr, ut opposita prava substantia sterilescat aut pereat in homiipsum verò illud semen, velut auctum & confirmatum, ho- ,em Deo Christoque conformem faciat.

Nimirum

.umen illud internum & substanillis omnia est. Non solùm doilluminat, regit; sed baptizat, it; ita non tantùm Lex & Evanım est, sed Baptismum & Euchaım præstat: spirituali scilicet sen- Mutationem autem illam, quam ratione baptismi præstet, non › obscurè, licet stylo suis fami-, ISAAC PENNINGTON Weg des ens / p. 23. describit: *Verus Ba- mus*, inquiens, *est suffocatio rei 'is cum omni sua impuritate, & tatio rei alicujus novæ; atque hac 's nova, circumcisio, baptismus, 'ustificatur. Deus justificat filium ı & hominem solum eatenus, quar in filio suo invenitur.* Belgicè verbis: *Den waeractbtigen › is de verdrenckinge van ıde saeck met alle haere vuiıit, ende opweckinghe van*

Sanè

Cùm Nostrates AUGUSTANÆ CONFESS. Art. V. p. 11. damnarent *Anabaptistas, & alios, qui sentiunt Spiritum sanctum contingere sine verbo externo hominibus*; dictum hoc esse apparet in ipsos *quoad ministerium verbi & sacramentorum.* Nam & in ipso Baptismo *verbum signo conjunctum* considerari debere, constat ex CATECH. MAJ. p. 537. 538. In APOLOGIA autem AUG. CONF. p. 157. scribitur: *Si hic Baptismus* (externus, qui *aquæ* dicitur,) *irritus esset, nullis daretur Spiritus Sanctus, nulli fierent salvi, denique nulla esset Ecclesia.* Quô ipsô baptismus Quakerorum internus & immediatus omninò excluditur. Confer CATECH. MAJ. p. 540. ubi contra *nasutulos* illos μωρεσόφυς, *novos* illos *Spiritus*, Anabaptistas, prolixiùs disputatur.

een nieuwe saeck, ende het is de nieuwe saeck de besnydinge, den Doop, dewelcke gerechtvaerdigt woord. God rechtvaerdigt synen Soon ende den Mensche alleenlyck soo verde als hy in synen Soon gevonden word. Sanè *vetus illa res* nihil aliud est, quàm semen malum substantiale; de quo suprà Cap. VI. th. II de Pecc. Orig. vidimus, & *nova res* est bonum illud semen, quod non quidem tunc demùm produci incipiat in homine, cùm is internè baptizetur, sed velut latens hactenùs aut quiescens aut languens suscitetur. Cæterùm inepta quidem est locutio quâ *baptismus justificari* dicitur, prout & illa, *Deum justificare filium suum* ambigua est. Sed de Quakeris, uti Weigelio, jam suprà monuimus, Filium Dei & Lumen internum & Fidem & Regenerationem & Justificationem & plura, illis unum idemq; esse. Quod si distinctiùs illa enunciare velis, dicendum erit ex mente illorum; Deum eos, quos Spiritu suo & filii sui internè baptizat, quatenùs lumen illud internum in illis excitat, & pravum semen opprimit, hoc ipso etiam justos constituere, quatenùs Filium suum pro justo habet, & eundem in illis vigentem invenit, sic eos in filio invenit. Aliàs autem de baptismo interno videri possunt quæ W. Ames contra Lassen. Cap. XV. p. 35. scribit: Quando homo per Spiritum à peccatis sanctificatur, tunc baptizatus est per Spiritum in unum corpus, nimirum in corpus Christi, & fruitur substantiâ illâ internè, quam externùm illud significat. (Wenn der Mensch durch den Geist von Sünden geheiliget ist/ so ist er getaufft durch den Geist zu einem Leib/ nemlich/ zu dem Leib Christi/ und geneust das Wesen inwendig/ welches das auswendige bedeutet.) Quibus consona sunt quæ W. Caton affert, Onderf. p. 20. 21. ad quæstionem: *Anne ergò nemo è Quakeris missus sit ad baptizandum, ut alii ab ipsis baptizati, similiter testificari possint unum illud baptisma?* Respondet, *missos esse* Quakeros *ad prædicandum æternum Evangelium* (nempe Christum, tanquam lumen substantiale in nobis) *ad convertendos homines à tenebris ad lucem* (substantialem in sese) *& à potestate Satanæ ad Deum*; eoque refert dictum Christi Matth. XXIIX. 19. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c.* quod non loquatur de aquâ externâ; inde colligit, eum *qui illos misit, adesse ipsis*; & qui *testimonium* prædicantium *accipiunt*, atque *in lucem* substantialem *credunt, ad quam conversi sunt, venire ad testificandum de uno baptismo*, (quem ipsi intùs consecuti & experti sint) *qui fiat per unum Spiritum in unum corpus &c.* Add. Th. Lawson contra Zentgr. p. 8. 9. W. Schewen Gl. und Erf. C. IX. p. 98. 99. 104.

Sic

Sic & olim Enthusiastæ

Baptismum internum & spiritualem ab externo non tantùm distin-
m, sed divulsum, jactitârunt. C. SCHWENCKFELDIUS Lib. de Christiano
nine, *Externa aqua baptismi*, ait, *aut perfusio, non salvat nos, nec facit
istianos; sed interior, divina aqua & lotio.* Eâque ratione etiam in
fess. Fid. *aquam spiritualem & divinam* statuit, *quæ abluat animam;
lementari* diversam: per illam autem intelligit *verbum Dei internum,
Evangelium essentiale*, ipsumque *Christum spiritualem*; uti aliàs loqui-
, Lib. de Evang. Et Val. WEIGELIUS P. II. Postill. p. 110. *Ubi Spiritus &
t est, ibi regeneratio, etiam sine aqua. Ratio, nam Spiritus supplet vicem
a, neque transilit quenquam.* (Er überhüpffet keinen): & P. III. Po-
. p. 95. *Deus baptizat omnes infantes in omnibus populis, suô omnipotente
tu.* Nam & hic spiritus nihil aliud est, quam Quakerorum spiritus &
en internum ac substantiale. Talem autem esse Baptismum, quem
ELIUS cum sociis commendavit, ex his quæ Antecessores nostri in Con-
Dedek. App. p. 48. b. collegerunt, manifestum est. Cæterùm eorum, qui
OSOPHI audire consueverunt de *Baptismo Spiritus*, eadem sententia
spici potest im Send-Brieff. Quæst. I. p. 55. 56. Offene Hertzens-
rte Cap. VII. p. 79. Chr. HOHBURGII loca pluscula σύμφωνα de aqua
rna baptismali, (vom innern Geist-Wasser) atque inde pendente
ratione spirituali Christi in nobis, quâ Jesus suô *spiritu, lumine, vitâ, na-
t, indole & essentiâ in nobis concipiatur*, exhibent *Theologi Lub. Hamb. &
eb.* P. II. contra Patronum Revel. Æg. Guthm. p. 240. seqq. & pag.
seqq.

Observatio.

Non negatur à nobis interna & spiritualis operatio Dei, & per ap-
iationem Spiritûs Sancti, in homine, qui baptizatur ac regeneratur.
entur Nostrates, *veterem Adamum, qui adhuc in nobis est, subinde per
tidianam mortificationem ac pœnitentiam in nobis submergi & extingui
re unà cum omnibus peccatis & malis concupiscentiis, atque rursus quoti-
emergere ac resurgere novum hominem, qui in justitia & puritate coram
vivat in æternum:* juxta verba CATECH. MIN. p. 377. 378. Quæstio au-
est (1) de abolitione alicujus substantiæ peculiaris in homine, & pro-
ione aut augmentatione novæ. (2) de mutatione illa hominis imme-
â, sine verbo externo, & sine Baptismo aquæ.

CAPUT

CAPUT XVI.

De

SACRA COENA, DEQUE COMMUNICATIONE AUT PARTICIPATIONE CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI.

QUAKERORUM

Thesis I.

Ritus ille externus, quô panis & vinum, accedente verbô Institutionis Christi, distribuuntur & accipiuntur, manducando ac bibendo; aliquando tantùm, velut figura & umbra melioris, in usu fuit, non autem ex intentione atque adeò institutione Christi omnibus seculis frequentari à Christianis, sed cessare debet: *juxta sententiam Quakerorum.*

PROTESTANTIUM

Antithesis I.

Ritus ille externus, quô panis & vinum, accedente verbo Institutionis Christi, distribuuntur & accipiuntur, manducando & bibendo; non tantùm olim ad tempus, velut umbra & figura nuda; sed ex intentione atque institutione Christi, omnibus seculis frequentari à Christianis debuit & debet, non autem nisi cum fine mundi cessare: *juxta Protestantes.*

Satis apertè

R. Barclajus Thesi XIII. *Fractione panis, per Christum cum discipulis* celebratâ, *aliquando in Ecclesia etiam utebantur illi, qui rem figuratam receperunt, imbecillium causâ: sicut abstinere à rebus strangulatis, & à sanguine, lavare invicem pedes, infirmos oleô ungere; quæ omnia jussa sunt non minore authoritate & solennitate,*

Docet hoc

Praxis nostra publica & constans, non ignorantibus, sed ringentibus adversariis. In libris Symbolicis, p. 159. testantur Confessores, Apol. A. C. art X. quod *in Ecclesiis nostris plurimi sæpè utantur Cœna Domini;* quodque *qui docent de dignitate & fructibus sacramenti, ita dicant, ut invitent populum, ut sæpe* eo *utatur.* In

quâm

quàm priora illa duo; sed cùm tantùm fuerint umbra meliorum, illis cessant, qui substantiam assequuti sunt. De quibus in *Apol.* §. VI. p. 300. seqq. operosè agit, disputans: *Num ceremonia illa adhuc sit permanens institutum in Ecclesia, omnibus incumbens? imò num quidem necessaria aliqua pars cultûs novi fœderis sit? aut num melius magisve obligans fundamentum habeat, quàm alia ceremonia instituta eodemque tempore peracta, quas adversariorum plerique fatentur cessâsse, & Christianis hodiè minimè incumbere?* Atque harum trium quæstionum partem negativam amplectitur & propugnat. Denique §. IX. p. 310. seqq. velut *testimoniis Scripturæ*, ipsaque *rei natura* probare nititur, *ceremoniam hanc panis & vini cessasse.* Sic etiam in *Catechismo* suo Cap. XI. p. 89. primùm quidem docet, *mandatum fuisse aliquid per Christum discipulis de participatione panis & vini ad sui commemorationem, donec venerit*: mox autem *adventum internum* denotari monet, & p. 91. directè id agit, ut probet, *mandatum de pane & vino* (Eucharistico) *non* esse *necessarium* & *per consequens non semper debuisse durare*: (daß das Geboth betreffend Brod und Wein/ nicht nothwendig sey/ und dann folgends nicht allezeit dauren solte.) Itaque & in adjecta Confessione Fidei, cùm artic. XIX. de *manducatione panis &* (bibitione) *vini* (von dem Essen des Brods und Weins) ac simul ceremoniis aliis, v. g. lotione pedum, abstinentia à suffocato & sangvine, unctione ægrotorum, egisset, statim Articulum seq. XX. inscribit *de Libertate Christianorum illorum, qui ad substantiam pervenerunt, quoad observationem aut omissionem prædictarum Ceremoniarum*; (von der Freyheit derjenigen Christen/ die zu dem Wesen kommen sind/ anlangend das Unterhalten/ oder nicht Unterhalten/ der vorgemeldten Ceremonien und Gewohnheiten.) His respondent, tanquam vindiciæ priorum, quæ habet *in Animadvers. ad Exerc. Nic. Arn.* p. 57. & Rettung der Warh. p. 17. Sic autem & reliqui. Jam olim enim, memorantibus Theol. Hamburg. Quaker-Greuel Cap. V. p. 166. Quakeri statuerunt, *Sacram Cœnam pane & vino administratam*

præfatione autem Catech. Minoris pag. 363. taxantur, qui *ad Sacramentum* (Cœnæ) *non accedunt, sed contemnunt, ceu rem non necessariam.* Confer Catech. Maj. de Sacram. Alt. p. 559. seqq. ubi, & præsertim p. 560. urgetur *textus in verbis Christi, Hoc facite in mei commemorationem, quæ sint verba præcipientia & jubentia, quibus iis, qui Christiani censeri volunt, mandetur & præcipiatur, ut utantur* (hoc) *sacramento.*

pro Apostolis tantùm esse institutam, nec porrigere se longiùs, nos quoque non esse obligatos ad S. Cœnam ita celebrandam. Confer W. CATON Onderſoeck. p. m. 21. Beſchirm. p. 17. Th. LAWSON contra Zentgraff. p. 28. 29. G. FOX Beſchirm. p. 11. & Vorſtellung P. II. (ubi de differentia Cœnæ Dominicæ ante crucifixionem & post resurrectionem Christi) p. 9. seqq. W. SCHEWEN Gl. und Erf. Cap. IX. p. 108. 109. 110.

Similiter

Enthusiastæ veteres, ac nominatim MESSALIANI, *divinam escam sprevisse leguntur* apud *Theodor.* Lib. IV. Cap. XI. *nec prodesse quicquam, nec nocere*, ὔδὲν ἔτι ὀνίναϑαι ἔτι λωβᾶϑαι, docentes. p. m. 163. His jungendi iterum ASCODRYTÆ aut ASCODRYPTÆ apud eundem L. de Hæret. fabb. C. SCHWENCKFELDIUS Epist. LXII. *Mandatum de Cœna*, scribit, *non est ejusmodi, ut salus ad illud sit alligata.* Et: *Non necesse est, nimium esse anxium de externo Cœnæ usu.* Ne autem putes, negari ab eo solùm absolutam necessitatem S. Cœnæ, conferendum est, quod habet Epist. LXIV. *Verè credentes non indigent Christo, neque desiderant eum in pane & vino.* & Lib. de Vocat. ait, *Se & suos velle abstinere ab usu cœnæ, donec Cœna Domini vero intellectu, fide & usu rursùm prodeat.* VAL. WEIGELIUS P. III. Post. p. 63. *Væ* illis acclamat, qui ritûs cœnæ, in *memoriam* Christi institutæ *necessitatem in ordine ad salutem* statuant, ita *homines agminatim seducant*, & *Christianismum* faciant *impium*. (Wehe denen / die eine nothwendige Seeligkeit aus der Gedächtniß (cœnæ) machen / sie verführen Land und Leut / und richten auff ein ruchloses Chriſtenthum.). E. STIFELIUS cum suis S. Cœnam pro *re inutili* habuit: fassus, se & suos, *vel planè non, vel rarò admodùm, quinque aut plurium annorum spatio vix semel uti*; scilicet sub prætextu *Libertatis Christianæ*: prout ex Actis publicis memorant Jenenses App. Conf. Dedek. p. 49. b. Similia ex reliquorum Theosophorum scriptis, nominatim den wahrhafftigen Bericht Lohmans und Tetings C. 3. observârunt Theologi Lub. Hamb. & Luneb. Ausf. Bericht §. 768. p. 436. 437.

Observatio I.

Facilè patet, non esse quæstionem de absoluta necessitate Sacramenti Cœnæ; quandoquidem & Nostrates sæpè fassi sunt, sufficere spiritualem manducationem, ubi sacramentalis manducationis copia, juxta institutionem Christi, & per ministrum ordinarium, haberi non potest.

De

e necessitate autem ex mandato Christi, nostrâque indigentia, ubi & quando copia ejus haberi potest, disputatur: licet neque hîc certum aliquod tempus, dies aut mensis sit definitus.

Observatio II.

Quamvis *Barclajus* sub finem Apol. Thes. XIII. §. XI. p. 313.314. scribat: *Si aliqui hodiè verâ animæ mollitie & reali erga Deum conscientia ducti, has ceremonias præstarent eâdem methodo & modô, quô utebantur iis primitivi Christiani, non dubitarem affirmare, quin pro tempore iis indulgeri esset, & Deus eos in earum rerum usu respiceret*: Et *Steph. Crisp* Triumph. l. 6. p. 12. *Quod si per Spiritum Dei ducamur ad frangendum panem, ita facimus, atque id Deo acceptum est.* Sed *Barclajus* quidem (1) negat *primitivis Christianis similes ullos* se *nosse*. (2) *indulgentiam* tantùm, non quasi ex divinâ voluntate faciendi aut sancti operis approbationem, largitur: (3) Se interim *ab illis* ceremoniis *liberatos* esse, nimirum *à Domino ejusque Spiritu inde evocatos*; *Diem* enim *illuxisse, in quo surrexerit Deus, & valedixerit omnibus istis ceremoniis & ritibus, & colendus sit solùm in Spiritu*, (non autem ejusmodi actu externo sacramentali ejusque celebratione,) statim addit. *Crispus* autem non affirmat categoricè, se aut suos frequentare ceremoniam frangendi panem, aut ejus causam habere; sed *conditionatè* duntaxat loquitur, *si Spiritus Dei duxerit illos*, (quod tamen actu secundo contingere non asserit) fore, ut ritum *frangendi panem* exercerent. Itaque non est, cur ad nostras partes accedere aut favere sacramento Eucharistiæ putentur. Nam Barclajus ipse potiùs l. c. §. VII. p. 295. scribit: *Diabolum suscitasse Zelum* illum Christianorum, pro ritu sacramentali cœnæ, *ut rebus parvi ponderis occuparet eos, quò magis ponderosa negligantur.*

Thesis II.

Quando autem cœna sacra eô modo, quô Christus illam olim Discipulis suis administravit, celebratur; non tamen ipsum illud corpus humanum, quod Christus è Maria sumsit, atque in mortem pro nobis tradidit,

Antithesis II.

Quando sacra cœna juxta institutionem Christi celebratur, ipsum illud corpus humanum, quod pro nobis in mortem traditum, & sanguis ille, qui pro nobis effusus fuit, unà cum pane & vino benedictis, verè

didit, & sanguis humanus pro nobis effusus, cum pane & vino benedictis, verè & realiter accipiuntur; *juxta Quakeros.*

Scilicet

Inter *errores* vel primò locò referunt, *quòd communionem & participationem corporis, carnis & sanguinis Christi referamus ad externum illud corpus aut templum, quod è Maria virgine natum, & in Judæa passum est:* uti BARCLAJUS scribit l. c. §. IV. p. 294. Eademque ratione THOMAS LAWSON contra Zentgraff. p. 28. 29. & W. SCHEWEN Gl. und Erf. Cap. IX. p. 109. negant, eos, qui pane & vino benedictis vescuntur, accipere corpus & sanguinem Christi.

& realiter dispensantur atque à communicantibus accipiuntur.

Satis clara sunt

Verba AUGUSTANÆ CONFESS. art. X. p. 12. ubi *de Cœna Domini docent* nostri, *quod corpus & sanguis Christi verè adsint & distribuantur vescentibus* (indiscriminatim, non tantum credentibus) *in Cœna Domini: & improbant secùs docentes:* quod in APOLOGIA pag. 157. clarius explicant, scilicet *sentire se, quod in Cœna Domini verè & substantialiter adsint corpus & sanguis Christi, & verè exhibeantur cum illis rebus, quæ videntur, pane & vino, his qui sacramentum accipiunt.* Addantur ARTICULI SMALCALD. P. III. Art. VI. pag. 330. ubi *verum corpus & sanguinem Christi non tantùm dari, & sumi à piis, sed etiam ab impiis Christianis*, docetur. Similia extant in CATECH. MIN. de Sacr. Alt. Qu. I. pag. 380. 381. & MAJORE pag. 557. FORM. CONCORD. Art. VII. p. 597. seqq. ejusque SOL. DECLAR. pag. 724. seqq.

Præcesserunt

Inter antiquiores hæreticos illi quidem *primùm*, qui ipsam humanæ naturæ Christi veritatem, aut in unione personali permanentem existentiam negârunt; sic omninò corporis humani & sangvinis veri ac substantialis Christi realiter superstitis participationem in Sacramento Cœnæ simul sustulerunt. *Deinde* verò Seculi IX. & sequentium homines quidam, qui errore Transsubstantiationis offensi, in contrarium errorem delapsi fuerunt, nominatim BERTRAMUS (aliàs *Ratramnus*) JOH. ERIGENA SCOTUS, BERENGARIUS, ALMERICUS, & JOH. WICLEFF; quibus tandem HULD. ZVINGLIUS & socii successerunt; de quibus non est cur plura memoremus.

sus: quæ apud Nostrates non paucos, præsertim B. *Henricum Mük* in Historia Vet. & Novi Berengarianismi, legi possunt. Quan- & Socinus cum gregalibus suis accensendus foret, quos itidem t, præsentiam veram ac substantialem corporis & sangvinis Christi na negasse atque impugnâsse. Sufficient h. l. *cælestes* isti *Prophetæ*, dem errorem conspirantes: ex quibus Andr. Bod. Carolstadius lversûs Lutherum & Collegas disputavit, *Christi corpus & sanguinem e in sacramento:* vid. B. Luth. Lib. II. contra Cœl. Proph. Tom. III.). p. 69. a. Casp. Schwenckfeldius in Catech. de Verbo: *Falsum ando dicitur: Corpus Christi esse in pane, propter verbum, cui se Chri- gavit. — Christum in terris in sacramentali pane non quærimus, sed in cœlis.* Addatur Confessio de Cœna, ubi eadem non semel inculcat. sententiam nostram *erroris* accusat, Ep. LXXXIIX. *seductionis*, XIV. Imò in Apol. I. ad Princ. Lignic. *Satanicum esse*, ait, *docere, Christi corpus & sanguinem in vel cum corporali pane & vino in cœna i exhiberi, aut comedi.* Val. Weigelius P. I. Post. p. 115. seqq. cùm substantiationis errorem impugnasset, inde ad nostram sententiam titur, qui *transsubstantiationi* quidem *adversemur*, *errorem* tamen *mus, quasi Christus in pane & vino nobis det terrenam carnem & san- , ex Adamo accepta, quod & ipsum falsum sit.* (Es komt ein an- t, und setzet sich wider die Bäpstische Transsubstantiation und den Irrsal / als gebe uns Christus im Brod und Wein das irr- Fleisch und Blut aus Adam / welches auch unrecht ist.) Nimi- hic & ille, Christum sive in resurrectione sua, sive ascensione in corpus verè humanum deposuisse, neque adeò vel habere ampliùs, S. Eucharistia præsens nobis sistere, aut communicare, statuunt. tiam mirum non est, Es. Stifelium cum suis præsentiam corporis vinis Christi in cœna negasse, ac solum panem & vinum illîc adesse, e: quod ex actis indicant *Jenenses* App. Consil. Dedek. pag. 49. a. dendus Auctor libelli Spiegel der Weißheit &c. (qui Paulus hauer habetur) Cap. IV. p. 109. 110. ubi præter Transsubstantia- rrorem, etiam nostram doctrinam, quâ *corpus & sanguis Christi in, sub pane præsens esse, & ore corporis percipi* traduntur, rejicit; juxta ras autem *panem & calicem benedictum, neq; in, cum aut sub pane & q; ipsum corpus aut sanguinem Christi; sed tantùm communicationem & sanguinis Christi esse*, docet: quæ tamen posterema sententia invol- agis, quàm evolvitur.

 Trans-

THESIS III.

VEra autem cœna Domini, fidelibus frequentanda, *juxta Quakeros*, consistit in reflexione mentis humanæ ad lumen internum & substantiale, quod in ipsa est; quodque rationem habet cibi & potus spiritualis; atque ita corporis & sangvinis Christi, non in substantia humani, sed velut cœlestis & spirituali sensu concipiendi, nominibus appellatur: unde mens ipsa quoad vitam spiritualem velut alimentô quodam sustentatur, simul etiam vigorem, quasi succum & robur, trahit.

ANTITHESIS III.

COena Domini, *juxta Nostrates*, non est reflexio mentis humanæ ad lumen internum & immediatum, quo tanquam pabulo spirituali fruatur, sub notione corporis & sangvinis Christi.

Huc omninò tendunt,

Quæ Quakeri nostri, licet non rarò se involvant, *de communicatione & participatione corporis & sanguinis Christi* docent ac profitentur. Sic BARCLAJUS intelligendus est, quando Thes. XIII. scribit: *Communio corporis & sanguinis Christi est quod spirituale & internum, hoc est participatio carnis & sanguinis Christi, quo homo interior quotidiè nutritur in cordibus eorum, in quibus Christus habitat.* p. 287. Et Apol. §. III. p. 292. cùm scripsisset; *Cœna Domini vel Cœnatio (ut ita loquar cum Domino) & participatio carnis & sanguinis ejus nullô modo limitatur ad ceremoniam frangendi panis, & bibendi vini statutis temporibus, sed realiter & verè possidetur; quandocunque anima introvertitur ad Lumen Domini, & sen-*

Non solùm enim

Talis figmenti vestigia in scriptis Nostratium non deprehenduntur; sed manifestè etiam taxantur ab illis, qui carnem & sangvinem Christi, in substantia humanum, in Cœna dari negantes, Spiritum, substituerunt. vid. LUTHERUS contra cœl. Proph. Tom. III. Altenb. pag. 67. a. ubi memorantur & taxantur sermones illorum, qui sacramentalem manducationem ac bibitionem fastidientes, *Spiritum, Spiritum* crepuerunt; sed interrogati, ubi, & quomodo Spiritûs illius participes fiamus? *in Utopiam & ad silentium Enthusiasticum* nos ablegent. Verba prolixiora sunt, quàm ut hîc recenseri debeant. Eodem autem pertinent verba ARTIC. SMALCALD. P. III. Art. VIII. p. 333. *In hoc nobis est constanter sit*

tit & participat de cœlesti vita, quâ homo interior nutritur, quod sæpè cognoscitur, & fruuntur fideles omni tempore, licet magis specialiter, cùm simul congregantur ad Deum attendendum. Imò ne dubitemus, corpus illud & sangvinem Christi, cujus participes fiant fideles Quakeri, esse ipsum eorum τὸ πᾶν, Lumen *perseverandum; quòd Deus non velit nobiscum aliter agere, nisi per vocale verbum & sacramenta: & quod quicquid sine verbo & sacramentis jactatur ut spiritus* (internus & immediatus, fortè pro corpore & sangvine domini habendus, & in pabulum animæ cessurus) *sit ipse diabolus.*

internum substantiale; ad quæstionem: *Quid sit illud corpus, quid ille sanguis?* jam §. II. p. 288. respondit; esse *cœleste illud semen, divinam illam & spiritualem substantiam*, de quâ antè locutus sit Thesi 5. & 6. *esse vehiculum illud seu spirituale* Christi corpus, *quô hominibus vitam & salutem communicet.* Atque his consonant, quæ idem habet in Animadvers. ad Exercit. Nic. Arn. p. 37. Sic autem & cæteri intelligendi sunt, qui cum W. CATONE Onders. p. 21. scribunt, Quakeros *recipere Cœnam Domini & sedere ad mensam Domini lautè apparatam, & comedere abundanter ad æternam refectionem animarum suarum: venisse* enim eos *ad substantiam* &c. aut cum W. SCHEWEN *experientiam* veri Christiani in his, quæ ad Cœnam Domini attinent, de *perceptione operationis efficacis* Christi in sese, exponunt cap. IX. p. 99. 100. Præcipuè GEORG. FOX Vorstellung von dem Abendmahl des HErrn p. 9. 10. 11. differentiam inter Cœnam Domini nocturnam, antequam crucifigeretur; & Cœnam Domini, postquam resurrexit, in eo collocat, quòd *illa* quidem *pane & vino in commemorationem mortis Christi sumendis* consistat; *hæc* autem sit *interna, cœlestis & spiritualis cœna nuptiarum agni*, i. e. *unio cum luce, quæ est vita Christi.* p. 14. 15.

Enimverò

Et hæc non tam nova, quàm antiquiorum interpolata somnia sunt. Quamvis enim *Carolstadius* non tam de Christi corpore spirituali, quàm de corporis humani manducatione merè spirituali disputasse videatur; SCHWENCKFELDIUS tamen non tantùm *actione spirituali* solâ Christum accipi docuit in Confess. de Cœna, sed & *corpus Christi* esse *corpus divini Spiritûs*, scripsit Lib. contra Fabrum, & *sanguinem Christi*, qui *purissimus à peccatis*, esse *in divinitatem mutatum*. Lib. de verbo. *carnem*

enim

enim & *sanguinem Christi* esse *carnem & sanguinem Dei, cum Deo Spiritu S. deificatum.* Lib. de Trinitate. *Carnem Christi* esse *omne id, quod Deus est.* Confess. mag. part. I. VAL. WEIGELIUS similiter *duplex corpus* & *duplicem sanguinem* Christo adscripsit; *alterius*, quod crucifixum, & sangvinis, qui effusus est, in ritu S. Cœnæ nos participes reddi, velut in figura; *alterum*, corpus *cœleste* ac *divinum*, quod *non ex Maria*, sed *ex Spiritu S.* acceperit, per fidem accipi, & nutrire nostram carnem novam, quam de cœlo habeamus. P. I. Post. p. 215. Part. I. p. 112. seqq. licet fatendum sit, illa se proponi confusè, ut etiam aliquando contradictionem implicare videantur. Attamen Es. STIFELIUS per carnem & sangvinem Christi, quorum fideles participes fiant, intellexit *Christum*, quoad *unicum substantialem esse suum* (ein einiges selbständiges Wesen): quod aliàs appellârunt *trinunum halitum Dei*, (den dreyeinigen Odem GOttes). Vid. App. Consil. Dedek. pag. 49. a. De THEOSOPHORUM cæterorum nugis, quibus *panem de cœlo*, quô nomine Christus se appellavit, *de divina cœlesti & spirituali carne* interpretati fuerunt, ejusque copiam introvertentibus in se & credentibus promiserunt; vidd. loca ex libello, das Allerheiligste Cap. IX. & XIX. p. 107. 163.

Observatio.

Non hîc controversia est de manducatione spirituali, veri corporis humani Christi, quæ per fidem fit, atque etiam locum habet extra usum Cœnæ sacramentalem & externum; Neque controversia est de *corpore Christi glorificato*, & immortali, quod in S. Cœna communicantibus manducandum præberi, & sensu sanô, juxta Scripturas πνευματικὸν seu spirituale dici agnoscimus, quatenùs, depositis infirmitatibus status exinanitionis, novis qualitatibus præditum fuit. Patet autem, eô nomine Enthusiastis contradicere Nostrates, quòd illi corpus *quoad substantiam spirituale*, adeoque substantialiter diversum ab eo, quod ex Maria traxit & reverâ humanum fuit, Christo adscribunt, & sub nomine S. Cœnæ participari fingunt.

CAPUT

CAPUT XVII.

De

ECCLESIA.

QUAKERORUM

THESIS I.

ECclesia, nomine propriè acceptô, *juxta Quakeros*, non est præcisè multitudo hominum credentium in Christum, pro ipsis passum & mortuum; sed cœtus illorum, qui Lumen internum & immediatum in se ipsis agnoscunt, ejusque dictamen seqvuntur.

Equidem

R. BARCLAJUS *Ecclesiam Dei* appellat *corpus Christi*, idque *mysticum & spirituale*. Apol. Thes. X. §. I. p. 172. Attamen, quemadmodum Christum pro lumine interno & immediatè omnes illuminante venditat, fidem etiam in Christum, non ad meritum obedientiæ passionis ac mortis ejus refert; sed ad obsequium, luminis interni dictamini ac motui præbitum: sic Ecclesiæ, pro multitudine fidelium acceptæ, nomen & conceptum non tàm illis tribuit, quorum *fides in sanguine Christi* est defixa; sed § II. p. 173. *Ecclesiam nihil aliud* esse dicit, quàm *congregationem seu conventum eorum, quos Deus ex hoc mundo evocavit, ut in luce ejus & vita ambulent*: id est, uti mox adjicit, *qui obseqvuntur divino lumini & Dei testimonio in cordibus suis, ita ut per illud sanctificen-*

PROTESTANTIUM

ANTITHESIS I.

ECclesia, nomine propriè accepto, *juxta Protestantes*, non est cœtus illorum, qui Lumen internum & immediatum in se ipsis agnoscunt, ejusque dictamen seqvuntur; sed multitudo credentium in Christum pro ipsis passum & mortuum, quatenùs tales sunt, adeoque præcisè.

Testantur hoc

AUGUST. CONFESSIONIS Articuli VII. & VIII. ubi *Ecclesia propriè* esse dicitur *congregatio sanctorum & verè credentium*. Respicitur autem ad fidem Art. IV. descriptam, quâ homines *credunt, se in gratiam recipi & peccata remitti propter Christum, qui suâ morte pro nostris peccatis satisfecit*. p. m. 10. Add. APOLOG. A. C. p. 144. seqq.

dificentur, & à malo abluantur. Sic etiam §. IV. p. 174. *ut sit aliquis membrum Ecclesiæ Catholicæ, necessariam* esse dicit *internam vocationem Dei lumine suo in corde, & ut cor fermentetur naturâ & Spiritu hujus,* &c. *& hoc,* addit, *fieri potest in iis, qui historiæ ignari sunt;* provocans ad ea, quæ thesi V. & VI. dixerat. Similia legi possunt apud Fr. Howgill **Eröffn. des Bauchs der Morgenröthe** p. 8. ubi de differentia Ecclesiæ veræ & falsæ disserit, illiusque *sedem* & *solium* esse dicit *inter illos, qui se subjecerunt Doctrinæ Spiritûs Dei in ipsis,* nimirum immediatè docentis. Conf. Lawson contra Zentgraff. p. 18. 19. Is. Pennington **Weg des Levens** p. 24. 25.

Sunt hæc

Naturalistis atque Enthusiastis communia. Quanquam enim hi Spiritum supernaturaliter illuminantem vocent, quem illi luminis naturæ nomine appellant; in hoc tamen conveniunt, quòd ad cœtum filiorum Dei & hæredum salutis, quem Ecclesiam vulgò vocamus, non solùm illi pertineant, qui Christi meritum agnoscunt & fiducialiter apprehendunt, sed quotquot Deum timent, ac proximum diligunt. Sic autem, ut taceamus, quæ sub Papatu *Erasmus, Latomus, Thammerus,* & *Andradius,* ex recentioribus *Jac. Masenius* & alii docuerunt; inter Reformatos *Zvinglius, Gualtherus, Amyraldus, Testardus;* inter Remonstrantes, *Curcellæus* & sequaces: notum inprimis est, quod Franc. Puccius Filidinus, ex Ducatu Florentino, Libro *de Christi Servatoris efficacia in omnibus & singulis hominibus, quatenùs homines sunt;* docuit, homines, *qui fide naturali Deo adhærent, divinô afflatu animari, & cum ingenuis Christianis consentire, & salvari posse, modò virtuti studeant:* Se verò *Dei* & *Christi servum esse, donatum sancto discretionis Spiritu, ad divinos sermones interpretandos omnibus hominibus, qui rationis usum habent, ac præsertim nationibus, quæ profitentur fidem in unum Deum cœli & terræ conditorem.* Nostro autem seculo Edoardus *Baro* Herbert *de Cherbury,* in libello de Veritate, pag. 283. postquam quinque *communes circa Religionem notitias* exposuisset, ex his *veram Ecclesiam Catholicam sive Universalem constare,* quæ *sola* sit μονοειδὴς, *omne spatium, omnem numerum complens, sola providentiam divinam universalem sive naturæ sapientiam pandat* &c. Enthusiastæ autem, præsertim Schwenckfeldius & socii, docuerunt, *Ecclesiam collectam* (per verbum externum ad fidem in meritum Christi) *non esse veram Ecclesiam, sed qui se confitetur ad veram religionem* (immediato lumine nixam) hunc demum

mum pertinere ad veram Ecclesiam. Lib. de discrim. verbi Dei. Quô ipso significant, *se non agnoscere eum cœtum veræ Ecclesiæ Dei, quæ per verbum vocale, & per prædicationem externam colligitur; sed talem aliquem cœtum, qui internis & arcanis revelationibus seu Enthusiasmis vocatur, & ita Ecclesiam faciunt non Ecclesiam*: observante *Schlüsselburgio* L. X. de Stenckfeld. Error. XXXV. p. 157. WEIGELIUS Ecclesiam per cœtum eorum, *qui proximum diligunt*, definit, quicquid sit de agnitione Christi & fide in sangvine ipsius. **Nur in der Liebe**, ait, **bestehet das Reich Christi** P. III. p. 91. 92. loquitur autem de dilectione hominum *mutua*, qualis etiam cadit in eos, qui fide in meritum Christi carent. Eodem pertinet, quod *regnum Christi in omnibus* esse dicit. ita tamen ut soli hi participes illius fiant, qui internum lumen seqvuntur. P. I. Post. p. 213. Sic etiam P. FELGENHAUER, **Vorhoff** p. 8. suum cœtum esse veram Ecclesiam, jactitavit, quòd lumine internô & immediato regeretur.

Observatio.

Facile patet, *non* esse hîc quæstionem: *Utrum* Ecclesiæ propriè dictæ forma consistat in aliquo externo actu, opere, charactere &c.? *an* autem Ecclesia propriè dicta, tanquam corpus Christi mysticum, per aliquid humanis mentibus, tanquam membris Ecclesiæ, internum, in esse suo constituatur? *Prius* enim & Nos negamus; licet Quakeri id aliquando nobis tribuant, non attendentes, quòd inter Ecclesiam *propriè* & *synecdochicè* dictam distingvamus. *Posterius* hoc ipso patet affirmari à nobis, quòd fidem in Christum, veram illam & supernaturalem, pro forma membrorum Ecclesiæ, per quam etiam multi aut omnes illi simul unam Ecclesiam constituant, habemus & profitemur. Quæstio igitur est de natura Ecclesiæ propriè dictæ: utrum importet cœtum amplectentium assensu fiduciali meritum passionis & mortis Christi? an absque eo, sensum aliquem Numinis, cultumque penes se in animo habentium?

THESIS II.

ITaque, *juxta Quakeros*; veræ Ecclesiæ membra sunt non tantùm, qui Christi nomen, ubi opus est, profitentur; verùm etiam Gentiles, Muhammedani, Ju-

ANTITHESIS II.

MEmbra Ecclesiæ, *juxta Protestantes*, non sunt Gentiles, Muhammedani, aut Judæi, ad fidem in meritum Christi, pro nobis passi, nondum perducti;

dei, aliique erroribus (fundamentalibus) occupati, Christum, Deum atque hominem ejusque meritum non agnoscentes, sed negantes, modò honesti sint animi & integritatis studiosi.

Disertè in hanc rem

R. Barclajus Apol. Th. X. §. II. p. 173. *Possint hujus catholicæ Ecclesiæ membra esse & inter Gentiles, & Turcas, & Judæos, & ex omnibus Christianorum sectis, homines scilicet bonæ integritatis & simplicitatis cordis, & licet in quibusdam intellectu occæcati, & fortasse superstitionibus & formalitatibus sectarum illarum, quibus involvuntur, gravati, existentes tamen justi cordibus suis in conspectu Domini, & potissimum studentes & laborantes à peccato liberari, & justitiam sequi amantes, ii* (inquam) *arcanis divinæ hujus lucis contactibus à Deo vivificantur, & sic illi secretò conjuncti, & catholicæ ejus Ecclesiæ membra facti.* Huc autem & reliqui tendunt, in eoque *Catholicismum* Ecclesiæ suæ quærunt & locant, quòd per omnes sectas se extendat: illos autem damnant, qui sectam à sua aliam quamvis, tanquam ab Ecclesia vera & Catholica alienam & extorrem, à suâ

licet honestatis sint studiosi & simplici animô, atque aliquem Dei sensum habentes.

Nempè

Non solùm ex prioribus hæc fluunt: sed & *Mahometistas* expressè *damnat* August. Confess. antith. Art. I. p. 9. quos etiam Apologia A. C. *extra Ecclesiam* esse dicit. p. 50. Inprimis autem Catech. Major Explic. Art. III. p. 503. monet, *Articulos nostræ fidei nos Christianos ab omnibus aliis, qui sunt in terris, hominibus separare. Quicunque enim,* addit, *extra Christianitatem sunt, sive Gentiles, sive Turcæ, sive Judæi, aut falsi etiam Christiani & hypocritæ, quanquam unum tantùm & verum Deum esse credant & invocent; neque tamen certum habent, quâ erga eos animatus sit animô, neque quidquam favoris aut gratiæ de Deo sibi polliceri audent aut possunt; quamobrem in perpetua manent ira & damnatione. Neque enim habent Christum Dominum, neque ullis Spiritûs Sancti donis & dotibus illustrati & donati sunt.*

societate excludunt. Videantur Fr. Howgill, Th. Lawson, Is. Pennington ll. cc. ad Thes. I.

Sic

Sic autem

Etiam NATURALISTÆ & ENTHUSIASTÆ reliqui, ad Thesin I. citati. Ex antiquioribus equidem hæreticis ab *Augustino* de Hær. cap. LXXII. memorantur *à Rhetorio quodam exorti*, homines *nimium mirabilis vanitatis*, qui *omnes hæreticos rectè ambulare & vera dicere affirmârint*: *quod* Augustino *ita* fuit *absurdum, ut etiam incredibile videretur*. Nimirum *in ipsis verbis quidem contradictionem implicabat* hæc *dicendi* ratio, *seque ipsam tollebat ac refutabat*; uti rectè monet *Danaus* in Comm. p. 332. qui tamen simul existimat, hos eosdem fuisse cum *Lampetianis* apud *Damascenum*, qui *liberam cuique esse debere religionis, quam velit, & quam veram putat, professionem docuerunt*: erroris autem *fundamentum* petiisse ex illo Pauli *Rom.* XIV, 5. *Quisque abundat in suo sensu*; quod tamen planè aliò pertineat. Ex recentioribus autem, Naturalistis quidem, præcipuè memorandus venit EDOARDUS HERBERT, qui in Tract. de Relig. Gentilium, passim, & inprimis Cap. XV. operosus est, ut probet, *Gentiles* ad Ecclesiam Catholicam pertinere, quippe qui *non solùm in Dei summi cultu, sed & in eodem præcipuo saltem cultûs genere, cum Christianis concordent*. p. m. 184. seqq. GVIL. POSTELLUS Barentonius, editis quatuor libris, sub titulo, Πανθενωσία seu *de Concordia orbis terrarum aut Compositione omnium dissidiorum circa æternam veritatem versantium*, inter alia peculiari Capite disputat; *Annon justè & sanctè possint intelligi, quæ in Alcorano deterrima habentur?* Atque hic liber sub nomine quidem Postelli in Bibliotheca nostra Jenensi apparet: in Bibliotheca Julia autem sub nomine *Elia Pandochai*. C. SCHWENCKFELDIUS Lib. de Vocat. de se ipso testatus est, *quod se à nulla parte religionis separet, sciens, quòd in hac dispersione, in qualibet parte Deus habeat suos: tantùm verò idololatrica, & quæ falsa sunt*, inquit, *vitamus*. Itaque nec à Turcis, Judæis aut Gentilibus se separare voluit; modò lumen in conscientia lucens sequantur: externi autem cultûs societatem repudiavit, ne commercio idololatriæ pollueretur. Cui consonat VAL. WEIGELIUS, P. II. Post. p. 329. scribens: So ist nun die heilige Catholische Kirche weder zu Rom/ noch zu Wittenberg/ noch zu Metha (Mecha) sondern durch die gantze Welt unter allen Völckern/ Heyden und Sprachen/ daraus weiter folget/ daß unter dem Pabst/ unter dem Luther/ unter dem Mahomet/ die rechte Catholische Kirche gefunden wird. Eadem mens & doctrina est STIFELII & cæterorum Theosophorum; ex quibus P. FELGENHAUER im Spiegel/ Cap. II.

p. 75. 76. hanc dicit *veram* esse *religionem*, quam *omnes homines*, *Christiani*, *Judaei*, *Turcae & Gentiles*, *communem* habeant.

Observatio.

Equidem & B. *Lutherus* noster Anno XXIX. in Confess. Fidei *suae* tunc à se edita, Tom. IV. Altenb. pag. 522. b. cùm ad articulum de Ecclesia pervenisset, professus est se credere, quod existat *sub Papa*, *Turcis*, *Persis*, *Tartaris & ubique* dispersa *corporaliter*, *unita spiritualiter*; (daß unter Pabst / Türcken / Persen / Tattern und allenthalben die Christenheit zerstreuet ist leiblich / aber versamlet geistlich in einem Evangelio und Glauben / unter ein Haupt das Christus JEsus ist:) Sed verbum ipsum *Evangelii*, sensu eo, quô aliàs à B. Doctore accipitur, multò magis autem contextus, facilè indicat, quòd sermo illi sit de fidelibus, qui quoad civilem societatem cum Turcis Tartarisque & similibus conjunguntur; veram autem in Christi merito defixam fidem, per verbum externum Evangelii undecunque ad se delatum, animô conceperunt, idololatriâ gentili & abominationibus Muhammedanis, omninò exclusis. Confer B. *J. Gerh.* Dispp. Acad. pag. 593. §. 8.

THESIS III.

QVando autem Ecclesiæ nomen pro cœtu veram doctrinam publicè profitentium accipitur; vera Ecclesia inde ab excessu Apostolorum ad hoc tempus, quô Quakeri prodierunt, *juxta ipsos*, nulla, saltem non visibilis, fuit.

ANTITHESIS III.

ECclesia, pro cœtu hominum veram doctrinam profitentium accepta, non solùm post excessum Apostolorum, per aliquot secula superfuit, sed & Papatu regnante, aliquando spectata; certè ante Quakerorum exortum, inde à Reformatione per Lutherum facta, visibilis fuit: *juxta Protestantes*.

Equidem

Communis est querela illorum *de Apostasiâ* Ecclesiæ sub *Principibus Christianis*, eoque spectat, quod BARCLAJUS habet Apol. Th. X. §. V.

Ita enim

Distingvunt tempora, antequam Papatus invalesceret, quousque purior fuerit prædicatio, (quamvis hîc & illîc hæretici turbas darent;) &

p. 175.

p.175.176. attamen, si curatiùs attendamus, patebit, inde *à diebus Apostolorum apostasiam* istam deduci ab illis; quemadmodum idem l. c. §. III. p. 174. prodidit, ac tantisper *magnam interruptionem* fuisse perhibet, quoad *Ecclesiæ visibilitatem:* quasi videlicet tanto tempore usque dum Quakeri exsurgerent, Ecclesia non fuerit visibilis. Inprimis autem in hoc negotio occupatus fuit Is. PENNINGTON in Weg des Levens &c. cujus parte prima (*Erste Stellinge*) prolixè agit de *Apostasia diebus Apostolorum incboata, post paulò ad maturitatem perducta.* Sic enim fol. 3. infit: *Dat daer gheweest heft een groten Afval van den Geest Christi ende van het waerachtige Licht ende Leven der Christelyckheit, welcken Afval begon in de Daegen der Apostelen, ende haestelyck daer naet ryp wierd.* Sub cujus finem, pag. 9. sine verecundia Apostasiam inde arcessit, quòd homines *ad literam Scripturæ alligari*, aut ab ea pendere cœperint; sic *veram Christi cognitionem* esse sublatam, *corruptionem* ex adverso *universalem & vim mortis propullulâsse* &c. Cumque hanc assertionem parte secunda (*Twede Stellinge*) per capita multa ac distincta declaraturus esset; conclusionem generalem denuò præmittit: *In magna illa Apostasia verum statum Christianismi* (atque ita veram Ecclesiam) *amissum* fuisse: *Dat in desen grooten Afval den warachtigen staet van de Christelyckheit verlooren geweest is.* Hinc sigillatim disputans, (1) *veram regulam Christianismi aut Christiani* hominis; (2) *veram adorationem* & cultum, (3) *fidem*, (4) *charitatem*, (5) *spem, gaudium & pacem*, (6) *pœnitentiam, conversionem & regenerationem*, (7) *sapientiam, justificationem, sanctificationem & redemtionem*, perdita fuisse; statim (8) addit, *veram Ecclesiam* fuisse perditam, (*De Gemeinte de waerachtige Gemeinte was verlooren.*) p. 24. Possunt tamen etiam huc referri, quæ habet FR. HOWGILL Eröffn. des Bauchs der Morgenröthe p. 25. ubi omnes sectas se pervestigâsse memorat, nusquam invenisse requiem. Add. TH. LAWSON contra Zentgraff. pag. 19. 20.

sub eo; quô tamen etiam Waldenses cœtum fecerint, mox pressum, sed non illicò plenè oppressum: denique post Reformationem. De vera Christi Ecclesia ante Lutherum vidd. Dispp. B. *Balduini*, A. 1617. & B. *Höpfneri* A. 1629. habitæ. De Ecclesia autem, qualis per Reformationem Lutheri prodiit, legi meretur exordium *Præfationis Libri Concordiæ.*

Redo-

Redolent hæc

Veterum DONATISTARUM Φιλαυτίας, qui *Ecclesiam in toto terrarum orbe periisse, in Africa & Donati parte sola* tunc *superfuisse, in aliis terrarum partibus, quasi contagione quadam extinctam*, affirmarunt: referente *Augustino* de Hæres. ad Quodv. cap. LXIX. Vicinior Quakeris SCHWENCKFELDIUS Lib. de Vocat. scripsit, *Se ignorare Ecclesiam juxta Apostolatum institutam, esse tamen Ecclesiam hinc inde intersectas dispersam, sed non se invicem agnoscere membra in hac dispersione.* Nostro seculo THEOSOPHI seu PROPHETÆ NOVELLI Ecclesiam usque ad sua tempora nullam; certè visibilem non fuisse, docuerunt, cùm *Christum tantisper incognitum*, imò *excisum, terram tenebris suppletam* fuisse perhiberent. Vid. P. FELGENHAUER, im Vorhoff/ Cap. VI. p. 100. Cap. XII. p. 196. Im Heiligen Cap. IX. p. 139. Allerheil. Cap. V. p. 87. 95. Cap. IIX. p. 140. & alibi.

Observatio.

Non est quæstio de particulari corruptione Ecclesiæ, *nec* de magna illa, & suo modo universali, exorto Papatu, usque ad Reformationem superiore seculô factam, depravatione doctrinæ; hæc enim utraque agnoscunt Nostrates & pridem deplorârunt: *sed* de corruptione atque adeò abolitione Ecclesiæ veræ, ante exortum Papatum, statim sub Principibus Christianis, ac fortè ante illos, denique post factam reformationem operâ Lutheri & sociorum; ita ut nullus ab Enthusiastis distinctus cœtus, Ecclesia vera dici potuerit.

THESIS IV.

CAusa adæquata corruptionis Ecclesiæ, & schismatum exortorum, hæc est, *ex sententia Quakerorum*, quòd homines non à Spiritu interno pendent, sed ad literam Scripturæ, certasque fidei formulas, se aliosque adstringunt.

Clara sunt

Verba W. PENN in Forder. der Christen vors Gericht p. 12. 13. Die

ANTITHESIS IV.

COrruptionis Ecclesiæ & schismatum exortorum causa vera non est, nedum adæquata, defectus obsequii, Spiritui interno & immediato in omnibus præbendi; *juxta Nostrates.*

Nimirum

Ex adverso potiùs hinc natas esse corruptelas doctrinæ & schismata

Ursach

Ursach aller dieser Verwirrung und aller Uneinigkeit/ so heutiges Tags wegen des Gottesdiensts in Europa in Schwang gehen/ rühret daher/ daß unangesehen die Menschen diß warhafftige Licht und den heiligen Geist verlassen/ und weit/ ja weit abgefallen sind von dem Leben und Krafft des reinen und unbefleckten Gottesdiensts/ dennoch die Lehre Christi ohne das Liecht und Geist Christi haben wollen fassen und eindringen &c. Idem prolixè tractat W. Schwen im Bericht vom Gewissen.

Ecclesiæ, imò apostasias varias extremas, quod homines Spiritum ejusmodi sequi mallent, quàm verbum Dei externum; docuerunt Nostri. Inprimis gravis est sententia Artic. Smalcald. P. III. art. IIX. p. 313. *Enthusiasmus insitus est Adamo & filiis ejus à primo lapsu usque ad finem mundi, ab antiquo Dracone ipsis veneno quodam implantatus & infusus, estque omnium hæresium & Papatus & Mahometismi origo, vis, vita & potentia.*

Sed & antecessores in *Annunciatione omnibus gentibus & Principibus* facta, Londini autem edita, scripserunt, *Lumen Evangelii* (immediatum scilicet illud) *diu admodum occultatum fuisse, nunc autem omnibus gentibus prædicatum, & regnum Christi* (atque adeò Ecclesiam hactenùs oppressam & latentem) *restauratum iri.* Pertinet huc etiam Thomæ Bayles Relatio de homine hactenùs errabundo, atque ab Ecclesia extorri, quoadusque extra se ducem ac doctorem quæreret, demum in viam & societatem filiorum Dei reducto, cùm spiritum intùs loquentem agnovisset & sequi cœpisset.

Tendunt huc

Enthusiastæ etiam veteres, ideò *Reformationem Ecclesiæ* necessariam perhibentes atque urgentes, quia hinc tàm grandis corruptio & Apostasia orta sit, quòd homines Spiritum Dei intra se immediatè docentem audire desierint, non aliter in veram Ecclesiam coalituri, nisi illum hactenùs contemtum consulant, aut sponte monentem sequantur. Hoc illud fuit, quod Schwenckfeldius non tantùm in cœtibus à nostro distinctis, verùm etiam in ipsa Ecclesia nostra desideravit, & quamobrem ei se associare detrectavit; scilicet quòd à verbo externo penderent, non autem spiritum internum ita, uti par esset, sequerentur. Vidd. quæ ex *J. Wigando* consignavit *C. Schlüsselburgius* Lib. X. p. 28. 29. 32. 33. Quò etiam spectant verba ipsius Schwenckfeldii, Lib. de Vocat. ibid. p. 35. 36. exhibita, quibus dixit, *Se nondum habere Ecclesiam, sed cœtus, in quibus de doctrina*

conferant, *& orent*: *Satis autem revelatâ doctrina*, (ut homines agminatim pendeant à Spiritu interno & immediatè docente) *cùm Ecclesiam secuturam*. Sic etiam VAL. WEIGELIUS sectarum causam in eo quæsivit, quòd homines *testimonium internum* (& immediatum) *Spiritûs*, *unctionem in omnibus*, negent. Ita in Dialogo de Christ. pag. 5. scribit: Aus Verläugnung des innern Worts oder Gehörs entstehen alle Secten/Rotten/Ketzer/durch den todten Buchstaben/ & P. II. Post. p. 202. Die falsche Kirche ist die Menschen-Kirche/ zurissen in viele Partheyen/ Secten/ Rotten/ und seyn die in der Mauer-Kirche/ so da Christum den Eckstein verwerffen/ und den Geist dämpffen/ das innere Zeugniß und die lebendige Worte. Güldengriff Cap. XII. p. 37. Dieweil GOtt der einige Gegenwurff sich in Ewigkeit ergeusset/ daher findet sich bey und in allen Gläubigen ein Concordantz/ ein Glauben/ eine Tauff/ ein GOtt/ ein Geist/ ein Hertz/ ein Lauff; Aber bey den natürlichen (quò nomine complectitur omnes à verbo externo, prout ex instituto significat, pendentes) sind Rotten/ Secten/ Ketzereyen und Spaltungen. Confer Postill. P. I. p. 159. ubi disputat, hinc *Pseudo-Theologiam* oriri, quòd homines *per verbum vocale regnum Dei consequi*, *fidem ex auditu* pendere putent, internum verbum non sequantur. Cæterorum THEOSOPHORUM sententias similes, vide sis à Theol. *Lub. Hamb. & Luneb.* collectas im ausführl. Bericht/ §. 377-378. p. 194. seqq.

Observatio I.

Sæpè admodùm confundunt Enthusiastæ hæc duo: Sectas & schismata oriri in Ecclesia ex eo, quòd homines, in interpretanda Scriptura & cognoscenda tradendaque fidei doctrina, auctoritatem humanam, neglecto testimonio internô Spiritûs Sancti, quod per ipsum verbum externum se exerit, seqvuntur aut sequi jubent; &, Sectas atque schismata oriri ex neglectu Spiritûs immediatè docentis. Atqui prius etiam nos concedimus; ab eo verò vitio alieni sumus. Posterius est, de quo quæritur, & unde ipsi potiùs non unius, sed plurium sectarum, auctores sunt.

Observatio II.

Solent aliquando Quakeri causam & radicem omnium dissidiorum & sectarum collocare in φιλαυτίᾳ inordinata: prout expresse W. SCHEWEN in præfat. libelli Gl. und Erf. pag. 15. scribit. Sed, si rectiùs attendas, causam

causam ipsius φιλαυτίας vitiosæ in neglectu Luminis immediati, quod in omnibus fit, quærunt & locant: unde causa prima & ultima ipsarum sectarum omninò eodem redit.

THESIS V.

ANtichristus ille, à Paulo & Johanne descriptus, in omnibus Christianorum sectis, inquotquot lumen internum & immediatum sequi recusant, invenitur: *juxta Quakeros.*

Videatur

Inprimis WILL. SCHEWEN Gl. und Verf. in appendice, sub tit. Nachschrifft pag. 297. seqq. cujus discursus summam verba marginalia, sive ab autore libelli sive metaphrasta *T. L. K. V. G.* adjecta exhibent: Das Thier / die Hure / der falsche Prophet / die drey unreine Geister / das Geheimniß Babylon / die grosse Mutter der Hure &c. herschen und regieren nicht allein zu Rom in Italia / Spanien oder andern Papistischen Oertern / wo die Römische Lehre überhand genommen / wie etliche in ihren sonderbahren Meinungen sich eingebildet gehabt / sondern sie regieren und sind insgemein zu finden in allen Secten der Christenheit in dieser Welt.

ANTITHESIS V.

ANtichristus ille magnus non est quærendus in illis Ecclesiis, quæ lumen internum & immediatum sequi recusant: *juxta Protestantes.*

Potiùs

Papatus ipse, (qui & Antichristianismus nobis est) *simpliciter est merus Enthusiasmus, quò Papa gloriatur, omnia jura esse in scrinio sui pectoris, & quidquid ipse in Ecclesia sua sentit & jubet, id Spiritum & justum esse, etiamsi supra & contra Scripturam & vocale verbum aliquid statuat & præcipiat:* quæ verba sunt ARTIC. SMALCALD. P. III. art. IIX. p. 332.

R. BARCLAJUS, licet hæc non æquè expressis verbis pronunciet, attamen non obscurè eò tendit, quando Apol. ad Th. X. §. V. postquam *in Ecclesiam Antichristianam* invectus esset, *Romanam*, aut Pontificiam, eò nomine designans; mox ad *Protestantes* convertitur, qui *in plerisque de Ecclesia gravibus doctrinis ramos tantùm amputaverint, sed eandem radicem retineant & defendant*, ita ut, *quod ad naturam & constitutionem Ecclesiæ (omissis de constante ejus visibilitate, infallibilitate & Romanæ Ecclesiæ primatu, disputationibus) Protestantes nec doctrina nec praxi à Pontificiis differant.*

ferant. pag. 176. 177. Quâ ratione Protestantium Ecclesia non minùs Antichristiana erit, quàm Pontificia. Clariùs autem ibidem §. XXII. p. 201. in hoc *reverà* consistere *Antichristum in mysterio operantem*, & quidem inter *Protestantes* in eorum Ecclesiâ, quòd *ministri* ejus *Scripturæ caupones* sint, scilicet *humanâ literaturâ* instructi, *expertes* autem *Spiritûs* immediatè illuminantis, docere ausint &c.

Verùm hæc equidem

Antiquiorum etiam Enthusiastarum cantilena fuit. Sanè CASP. SCHWENCKFELDIUS *nostras Ecclesias Antichristum* vocavit, præcipuè in *doctrina de Justificatione*: observante pridem *M. Flacio Illyrico* in pec. lib. num. 42. & apud *C. Schlüsselb.* L. X. p. 253. VAL. WEIGELIUS P. II. Post. p. 186. memorat, *Papam à Luthero, Lutherum à Papa* pro *Antichristo* haberi; eum verò qui *testimonium internum* habet, facilè cognoscere, *uter* ex illis? an potiùs *ambo* tales sint? & p. 352. *propriè loquendo Antichristum nihil aliud* esse dicit, *quàm cor doctrina humana occupatum*: Und ist eigentlich zu reden/ scribit, dieser Greuel der Verwüstung der Antichrist/ nichts anders als da das Hertz besessen ist und regieret wird von der Menschen Lehre. Intelligit autem quamlibet doctrinam, Spiritûs immediatô dictamine destitutam. Sic autem & P. FELGENHAUER sine discrimine eos, qui à se dissentiunt, appellat *meretricem Babylonicam*, *Antichristum excommunicatum*, (die Hure Babel/ den verbanneten Wider-Christ) im Spiegel cap. IV. p. 113. & Cap. VII. p. 199. & doctrinam nostrarum Ecclesiarum, *ornatum meretricium universalis illius & magnæ meretricis Babylonicæ*, den Huren-Schmuck der allgemeinen großen Huren zu Babel ibid. Cap. VI. p. 163.

Observatio.

Equidem mores & conamina Antichristi, etiam extra Papatum, in quibusdam personis diversorum cœtuum, suo quodam modô & secundùm analogiam, apparere, concedi posset: sed Ecclesiam ipsam nostram, doctrinamque, Antichristianam dicere, falsum & injuriosum est.

CAPUT

De MINISTERIO ECCLESIASTICO.

QUAKERORUM	PROTESTANTIUM
THESIS I.	ANTITHESIS I.
AD ministerium in Ecclesia obeundum absolutè & in universum, ideoque & hoc tempore, requiritur vocatio immediata hominis à Deo, per lumen internum.	AD ministerium in Ecclesia obeundum non requiritur absolutè & in universum, certè non hoc tempore & Ecclesiæ statu, vocatio divina immediata.
Satis clarè	Docet hoc

R. BARCLAJUS Thesi X. p. 171. *Per vim & potentiam Luminis Dei, interni illius & immediati, unusquisque verus Evangelii minister constituitur, preparatur & suppeditatur in opere ministerii:* idque in *Apologia* §. VII. p 178. provocando ad thesin, repetit, & quatuor argumentis propugnat. Conf. *Catechismum* ejusdem Cap IX. p 73. Alias in *Animadvers.* ad Exerc. Nic. Arnoldi, pag 33. exponit, quomodo interna hæc motio Spiritûs S. ad obeundum ministerium, ab illuminatione omnibus fidelibus communi differat: scilicet officia, ad quæ subeunda tendit motio, alia atque alia esse fidelium, quatenus tales sunt, &

Non tantùm praxis Nostratium quotidiana, quorum alii ministerium sacrum subeunt, alii obeuntes recipiunt, eorumque operâ utuntur, citra vocationem immediatam: sed etiam scripta Doctorum passim: quibus simul monetur, quòd, *etsi liberrimæ Dei sapientiæ nihil præscribamus; hujusmodi tamen immediatam vocationem post Apostolorum tempora non facilè dari credamus: quia nuspiam Deus eam promisit, neque necessaria est, cùm Ecclesiæ suæ Deus jam aliô modo prospexerit:* uti BALDUINUS loquitur, Institut. Ministr. Verbi Cap. VI. p. m. 44. n. 3. Confer B. CHEMNIT. P. III. LL. de Eccl. Cap. IV. Sect. I. p. m. 131. a. mi-

ministrorum, quâ talium: dictaiven autem agendorum utrinque expressum, internum & immediatum esse debere. Sic Is. PENNINGTON verum ministerium (*de waerachtige bedieninge*) restringit ad *Spiritum internum*. Weg des Levens/ pag. 25. Nec aliter intelligendus est ED. BOURROUGH Stand. Cap. XI. p. 12. & Verklaering des Geloofs, addita J. Parnel Onders. des Geloofs p. 4. Add. J. N. Liefde pag. 57.

B. GERH. L. de Minist. Eccl. Sect. III. §. 82. p. m. 124. B. P. TARNOV. de SS. Minist. L. I. cap. VII. Qu. IV. pag. 73.

Ita verò

Etiam ante Quakeros C. SCHWENCKFELD. Tr. de Script. S. de Differentia *Ministrorum litera* & *Ministrorum Spiritûs* ita agit, ut hos demùm veros, sed & intùs atque immediatè à Spiritu illuminatos atque excitatos esse, contendat. pag. 17. 18. 19. Majore conatu immediatam vocationem ad ministerium sacrum requisivit VAL. WEIGELIUS Part. I. Post. pag. 44. & 222. Part. II. p. 31. 159. 166. 210. 227. Part. III. p. 2. 59. 60. Dial. de vero Christ. p. 71. 80. Præsertim P. II. Post. p. 105. scribit: Man soll sich einkehren/ und zuvor des Berufs warten/ und nicht lauffen vor der Sonnen Auffgang/ das ist/ wir sollen nicht predigen/ wir seynd denn von innen durch den Geist Christi gelehrt und getrieben. Sic & *Pseudo-Theosophi* reliqui, P. FELGENHAUER im Vorhoff p. 14. im Heiligen Cap. XII. p. 177. Beschluß des Kinder-Tempels p. 222. seqq. suam illuminationem & vocationem immediatam jactitant, tanquam ad ministerium obeundum necessariam. Denique CHRIST. Hohburg P. II. Postill. p. 375. Welche dieser HErr aussendet/ die salbet Er/ die berusset Er/ lehret Er innwendig/ angeistert Er/ erleuchtet Er/ die hat er in seiner himmlischen Academien so gelehret/ gesalbet/ erleuchtet und angeblasen/ daß sie fruchtbarlich Ihm hernach dienen können.

Observatio I.

Vocationem immediatam ad ministerium Ecclesiasticum *olim* habuisse locum, non negamus; *posse* etiam Deum, si velit, hodienum immediatè vocare homines, facilè conceditur: actu autem secundo, tanquam communem ac necessariam, quovis tempore, atque etiam nunc nostro, in Ecclesia requiri, id est, de quo controvertitur.

Obser-

Observatio II.

Hominem, ad ministerium Ecclesiasticum tendentem, internam animi sui inclinationem ad negotia ejusmodi sacra, explorare debere, eâque agnitâ, studiis huc facientibus tantò alacriùs & cum fiducia incumbere, nec temerè ad aliud vitæ genus transire; Nostrates quoque agnoscunt & pridem docuerunt. Verùm ille internus animi motus & propensio, non est pro vocatione interna ad certum munus, certo loco ac tempore subeundum, aut ad actus singulares certos, velut hîc & nunc, absque observatione circumstantiarum, & discursiva cognitione intellectûs, juxta Scripturam & constitutiones Ecclesiasticas, habendus.

Thesis II.

Mediata verò vocatio in Ecclesia constituta, quæ fit per Ecclesiam ipsam particularem, aut per certas personas, Ecclesiam repræsentantes, non est pro ordinaria & eatenùs necessaria habenda; imò quando fit absque internâ & immediatâ motione divina hominis, ministerium subeuntis, vitiosa habetur à *Quakeris*.

Antithesis II.

Mediata verò vocatio, quæ proficiscitur ab Ecclesia jam constituta, aut nomine & auctoritate ejus ab his, quibus juris illius exercitium est demandatum, tanquam ordinaria, pro necessaria habenda est, *juxta Nostrates*; etiamsi immediatâ motio divina interna in animo hominis, officium subituri, non intercesserit.

Certè

R. Barclajus Th. X. docet, homines interni luminis *authoritatem habentes, posse & debere Evangelium annunciare, licet humanis mandatis carentes*; in Apologia autem hujus thesis illos taxat, qui vocationem ministrorum aliter *in Ecclesia constituta*, quàm *in constituenda* se habere, & in illa *ordinariam vocationem necessariam esse dicunt*, eam scilicet,

Patet & hoc

Ex praxi nostra partim, partim doctrina publica. Nam & in appendice Artic. Smalc. Tractatu de Potestate Papæ Sect. de Potest. & Jurisd. Episc. pag. 353. docetur, *Necesse esse, Ecclesiam retinere jus vocandi, eligendi & ordinandi ministros. Et hoc jus esse donum propriè datum Ecclesiæ, &c.* Plura apud Theologos ad Antith. I. citatos aliosque videri possunt.

quò

quà ministri ex populi consensu & acceptatione, qui eos sequuntur, autoritatem habeant. §. XII. p. 187. Imò *hanc* esse *diaboli inventionem*, exclamat, *quâ persuaserit hominibus, ut immediatam Spiritûs operationem quasi quid extraordinarium & insuetum respicerent*, mediatâ scilicet, tanquam ordinariâ contenti. pag. 188. Quâ ratione etiam Is. PENNINGTON, ED. BOURROUGH & alii ll. cc. corruptionem Ecclesiæ quoad Ministerium inter alia in eo quærunt, quòd ministri *ab hominibus* se vocari patiantur.

Hæc autem

Ad exemplum antiquiorum Enthusiastarum, qui ut immediatam vocationem, quam ipsi de se jactabant, extollerent, mediatam in nostris Ecclesiis receptam deprimere studuerunt. C. SCHWENCKFELDIUS docuit, *Homines ab hominibus vocatos pertinere ad hoc dictum: Currebant, & non mittebam eos:* teste *M. Flacio* libello L. errorum Schwenckfeldii num. 44. & apud *C. Schlüsselb.* L. X. p. 254. VAL. WEIGELIUS Part. II. Post. pag. 31. Die da von Menschen erwehlet / scribit, und gesand seyn / bringen keinen heiligen Geist mit sich / ihr absolviren und predigen ist nichts / sie reden und zeugen / wie ein Blinder von der Farbe. Confer pag. 166. & loca plura ad præced. th. citata. CHR. HOHBURGII Zelum inordinatum adversùs ministros, qui per homines vocari se passi sunt, collectis dicteriis ejus pluribus & acerbis, ostenderunt Theologi *Lub. Hamb. & Luneb.* in der Warnung contra El. Præt. Cap. IIX. p. 175. seqq. Cæterùm SOCINIANOS quoque vocationem mediatam ad ministerium Ecclesiasticum impugnasse, notum est. Equidem generaliter prorsùs Auctor Catech. Racov. Sect. de Eccl. cap. II. Q. XV. *Nonne ii qui docent in Ecclesia, & eidem tuendo & conservando invigilant, ut singulari aliquâ ratione mittantur, opus habent?* Respondet: *Nullô modô.* p. m. 305. Quibus non tantùm mediatam, sed & immediatam vocationem tollere videtur. Quia verò immediatam non æque in Ecclesia plantata, uti ad plantandam, requiri, etiam Nostrates agnoscunt; facile patet, ubi de Ecclesiâ constituta sermo est, mediatam maximè spectari.

Observatio I.

In vocatione mediata aliquando peccari ex parte vocantium, aut vocati, inque modô ipso vocationis, non negamus. Verùm hîc non de eo quæstio est, quid hîc & nunc per accidens contingat; sed de vocatione ipsa mediata, quoad rationem suam genuinam & communem; utrum illa divinæ

divinæ voluntati atque ordinationi congrua sit, prout à Nostris laudatur, & in praxi, si non universali, meliore tamen, observatur? an autem displiceat Deo, & vel ipsi diabolo sit adscribenda?

Observatio II.

Non excluditur à Nostratibus inclinatio interna futuri ministri Ecclesiæ, (præsertim iteratis precibus ad Deum, pro benigna directione) firma atque constans, ad munus sacrum præ aliis obeundum: quam nomine *vocationis internæ* aliquando appellant Auctores. Vid. Disp. de affectantibus Parochiam, ad L. *I Tim. III,* 1. sub præsidio nostro habita A. 1688. §. XXXIII, p. 77. Verùm hæc ad certum munus, hîc & nunc subeundum, se non porrigunt.

Thesis III.

Non solùm ad ingressum muneris immediatâ vocatione divinâ opus est, verùm etiam ad actus docendi quoslibet sigillatim ac determinatè exercendos, excitatio ac directio luminis interni & immediati requiritur *à Quakeris.*

Antithesis III.

Interni Luminis motus & directio immediata, sicut ad ingressum muneris sacri non requiritur; ita nec ad actus functionis susceptæ successivè exercendos: *juxta Nostrates.*

Manifestè

R. Barclajus Thesi ipsa X. p. 171. *Hôc* (dono & gratia seu lumine Dei, interno & immediatè illuminante) *movente, ducente & trahente, oportet Evangelistam, Pastorem Christianum duci & mandari in labore & ministerio suo Evangelico, & quoad loca, ubi, & quoad personas, quibus; & quoad tempora, quando ministraturus est.* Atque huc eodem etiam reliqui tendunt, quos suprà ad thesin I. citavimus, spiritûs interni motum ductumque, non solùm ad subeundum, sed gerendum atque explendum

Nimirum

Verbum Dei scriptum hîc pro principio, norma & regula habetur, unde intellectus illuminatus, factâ ad singulares occasiones accommodatione, quid & quomodo agendum sit, decernat; & voluntas ad illud hôc modo exequendum moveatur, atque ita se determinet. Atque hîc redeunt, quæ suprà in Cap. de Scriptura, & Disp. I. & II. Barclajo oppositis docuimus.

[illegible] munus, atque adeò agenda in munere singula [illegible] requirenti. Nec mirum, quando, qui ad cultum divinum, à fidelibus quibusvis Deo exhibendum, quoad singulos actus atque opera, motum [illegible] Spiritûs immediatum exigunt, eundem æquè aut magis ad opera functionis Ecclesiasticæ postulant, velut necessarium.

Ex antiquioribus [illegible]

Redeunt, quos antè memoravimus. C. SCHWENCKFELDIUS [illegible] verbum fidem habere recusavit, nisi *Deus immediatè cum illis loquatur & [illegible] versetur, uti cum Prophetis & Apostolis collocutus & conversatus est*: apud *Conr. Schlüsselb.* L. X. p. 614. n. XIV. VAL. WEIGELIUS in ministro Ecclesiæ *Spiritum Propheticum* esse debere contendit P. I. Post. p. [illegible] Constat [illegible] Prophetas ad quosvis actus prophetandi peculiariter excitatos aut impulsos à Spiritu sancto. Nec dubium est, quin & reliqui Prophetæ novelli, illuminationem immediatam ad munus Ecclesiasticum necessariam esse statuentes, non tantùm ad ingressum muneris, & velut dispositionem præviam; verùm etiam ad ipsos actus prædicandi singulos, requisiverint, si [illegible] peculiariter non interrogati, disertiùs se non explicarent.

Observatio.

Notus [illegible] est, quòd Enthusiastæ, speciatim Quakeri, statuunt ac docent, [illegible] *nullam autem dare* [illegible] *quæ ibi lego, vera,* [illegible] *particulare* [illegible] *efficiam* [illegible] [illegible] Apol. Th. X. § XIII. [illegible] ad thesin II. de Scripturis [illegible] *Quæ Scriptura* [illegible] [illegible] Numerum [illegible] Quæ Scriptura [illegible] hoc [illegible] proponere [illegible] [illegible] quibus [illegible] p. 89. [illegible]

[illegible]

dubitationis resolutionem, quod attinet, oportet recurram ad internum & immediatum Spiritûs testimonium. Sed quid de his sentiendum sit, in Diss. II. contra Quakeros §. XXXIX. seqq. p. 39. seqq. sufficienter indicavimus.

THESIS IV.

ORdinatio, quæ per impositionem manuum fit, tanquam inauguratio ad sacrum munus, nec necessaria est, neque nullius usus; *ex sententia Quakerorum.*

Instar omnium

R. BARCLAJUS nominandus est, cujus expressa sunt verba, Apol. Thes. X. §. XIV. p. 190. *Ordinationis ceremoniam vel manuum impositionem ministris* (Ecclesiæ) *minimè necessariam existimamus, cujus usum non vidimus.* Et mox, *stultum & ludicrum, quasi simiæ Carezeliam* esse dicit, imitari morem Apostolicum, quando *virtute & vi communicandi Spiritum sanctum per hunc ritum, destituamur.* Cæteri, cùm de ministerio agunt, ordinationis mentionem ferè negligunt.

ANTITHESIS IV.

ORdinatio, quæ per impositionem manuum fit, tanquam inauguratio ad sacrum munus, non est nullius usus, ac meritò retinenda in Ecclesia; *juxta Nostrates.*

Constat iterum

Ex praxi nostra. Cui respondent quæ in APOL. AUG. CONF. ad art. XIV. p. 204. & in ARTIC. SMALCALD. P. III. art. X. p. 334. denique Tract. de Potest. Papæ, Sect. de Potest. & Jurisd. Episc. p. 352. habentur, ubi ritus ordinationis, quando absque superstitionibus, quæ sub Papatu invaserant, in simplicitate Apostolica celebratur, inter ea refertur, quæ *magnoperè cupiamus conservare.* Usus autem hujus ritûs prolixiùs explicatur à B. MART. CHEMNITIO Exam. Conc. Trid. Part. II. p. 401. & B. GERHARD. L. de Min. Eccl. Sect. XII. §. 159. p. m. 264. seqq.

Sic autem & reliqui

ENTHUSIASTÆ antiquiores, cùm vocationis ordinariæ necessitatem usumque negarent, tantò magis ordinationem spreverunt. Sanè SCHWENCKFELDIUS, nec vocatus, neque ordinatus, concionatorem egit, cùmque *de toto ministerio contemtim & scandalosè* loqueretur, teste *Wigando* de Schwenckf. sub init. profectò nec ordinationis ritui pepercisse putandus

candus est, licet non omnia æque sint consignata. WEIGELIUS autem etiam apertiùs P.II. Post. p. 166. Alldieweil Herodes samt den Schrifftgelehrten sich auff den Stuel Mosis setzen/ und die Ordination behalten/ da wird kein Verstand von Christo in die Welt kommen. Possunt autem etiam h. l. addi SOCINIANI, ritum ordinationis, præsertim per impositionem manuum fieri solitum, ex eodem fundamento cum Enthusiastis spernentes, quia, cùm olim *Spiritus Sanctus, adhibita hâc ceremoniâ simul datus fuerit iis, quibus manus imponebantur, hodiè nihil tale detur illis, quibus manus imponuntur*; ita ut putent, *interdum utile esse, ne id fiat, ad præscindendam omni superstitioni ansam & occasionem*: prout loquitur *Theophilus Nicolaides* Refut. Tract. Borcovii de Eccl. & Minist. Cap. XI. seu ult. p. m. 118.

Observatio.

Non est, cur Ordinationis ritum, Nostratibus juxta simplicitatem moris Apostolici usitatum, cum superstitione Papali confundant adversarii. Sed & de necessitate absoluta aut de efficacia interna, quæstionem non esse, facilè apparet.

THESIS V.

AD ministerium sacrum in Ecclesia plantata, etiam pro præsenti statu obeundum, nihil faciunt dona eruditionis acquisitæ, sive literaturæ ad intelligendos sensus textûs originarii Scripturarum V. & N. T. sive Theologiæ, in formam disciplinæ, juxta pædiam scientiæ, redactæ; minimè omnium philosophiæ aut disciplinarum instrumentalium notitia: *juxta Quakeros.*

Ita

R. BARCLAJUS breviter quidem in ipsa Thesi X. dicit, homines *lumine interno* instructos *posse ac de-*

ANTITHESIS V.

AD ministerium in Ecclesia plantata, præsertim pro præsenti statu & peculiari ratione certarum functionum, obeundum, non parùm faciunt, ac suo modò requiruntur dona eruditionis acquisitæ, speciatim literaturæ sacræ ac Theologiæ, in disciplinæ formam, juxta pædiam scientiæ, redactæ, atque adeò ipsius philosophiæ ac disciplinarum instrumentalium.

Etiam hîc

Praxis Nostratium nota est, agnoscentibus ipsis ideòque succensentibus Quakeris. Cæterùm de erudi-

bere

bere Evangelium annunciare, licet humana literatura ignari sint; Posteà autem in adjecta Apologia *de qualitatibus veri ministri inquirens*, §. XV. p. 191. scribit: *Quoad literaturam nihil ad essentiam ministri pertinere putamus, accidentaliter quidem quibusdam respectibus aliquando concurrere potest, sed sæpius plus nocet, quàm juvat.* mox §. XIX. p. 197. usum *scientiæ linguarum: Græcæ Latinæ* eo nomine elevat, quòd *vir rusticus, humanæque eruditionis ignarus, qui ne vel elementum nôrit, quando Scripturam lectam audit, eodem Spiritu, hoc esse verum, dicere possit & eodem spiritu intelligere, & si necesse sit, interpretari possit.* Hinc ad *Logicam* & *Philosophiam* progressus, §. XX. *artem vero ministro ita inutilem* appellat, *ut si quis verus minister illam habuerit, tutius illi fuerit oblivisci, & amittere eam; esse enim radicem & originem omnis contentionis.* p. 198. Et paulò pòst p. 199. *Philosophia ea pars*, ait, *quæ Moralis seu Ethica dicitur, non necessaria Christianis est, qui sacras Scripturæ regulas & divini Spiritûs donum, quò multò meliùs instrui possunt, habent. Physica verò & Metaphysica ad alias, Medicinæ scilicet & Mathematicæ, artes reduci possunt, quæ cum Christiani ministri officii essentia nihil commune habent.* denique §. XXI. p. 199. 200. in *Theologiam Scholasticam*, quam vocat, invehitur, quam *monstrum esse* dicit, *ex scripturalibus quibusdam veritatis notionibus & ethnicis terminis & axiomatibus productum, & esse quasi Paganicam Philosophiam Christianizatam, vel potiùs externam literalem scientiam Paganizatam.* Atque hujus *radicem à Protestantibus adhuc nutriri & conservari, imò ad ministrum quasi necessariam qualificationem haberi*, perhibet §. XXII. p. 201. Confer Catechismum ejusdem Cap. IX. Q. X. XII. XV. p. 69. 70. 72. Add. libellus Grund und Ursachen/ warum Sie (Quaker) die Lehrer dieser Welt verläugnen/ cujus p. 1. & 2. de ministris Ecclesiæ Protestantium scribunt: Sie schmücken sich selber auff mit der Philosophia. Sie sind solche Lehrer/ welche zum Volck sagen/ das Hebreisch und Griechisch sey der Grund und Ursprung. Et post aliqua: Der sich zurück kehret auff viele Sprachen/ als Hebreisch und Griechisch/ der kehret zurücke auff natürliche Dinge und kömt in die Verwirrung. Aber die Diener Gottes/ die das ewige Evangelium predigen/ welches bleibet

tionis illius, quoad varias partes, usu genuino, videri potest B. GERHARDUS in Methodo Studii Theol. B. JOH. MUSÆUS in Præfat. Introduct. suæ in Theolog. & qui de Ministerio, atque Institutiones Ministrorum Ecclesiæ scripserunt, passim.

bet in Ewigkeit/ die kommen empor in unser Sprache/ und so verläugnen wir die Priester/ und alle die in den natürlichen Sprachen arbeiten/ gantz und gar.

Prorsus ad nutum moremque

ENTHUSIASTARUM antegressorum. C. SCHWENCKFELDIUM novimus, cùm ipse minùs literatus esset, in Germanica tamen lingua ore & scriptis mediocriter facundus, attamen novam Ecclesiæ reformationem molitur, non solùm doctrinæ nostræ capita, sed & docendi discendique modum, usumque literaturæ, disciplinarum philosophicarum, præsertim *Dialectices* & *Rhetorices* rejecisse. vid. *C. Schlüsselb.* T. X. p. 88. Quantopere VAL. WEIGELIUS studio artium & linguarum inimicus fuerit, ac præsertim ab Ecclesiæ ministris alienum idesse voluerit, passim constat. Hinc enim illa convitiorum plaustra in *Literales Theologos*. Speciatim autem videri possunt Güldengriff p. 71. Disputir-Büchlein p. 5. & Postill P. III. p. 72. ubi Paulum dicit *evomuisse artes* suas, quas priùs *didicerat*, alioqui *nunquam* futurum *Apostolum*. Es hatte zwar Paulus seine Kunst auff der Synagoga gelernet/ aber er muste sie gantz ausspeyen/ solte er ein Apostel werden und Christum predigen. Sic & reliqui PROPHETÆ NOVELLI im Vorhoff/ Heiligen/ Allerheiligsten/ Schlüssel David/ Spiegel der Warheit/ Neu-Jahrs-Posaune/ similiter Studia Academica, linguarum & artium, tanquam impedimenta ædificationis Ecclesiasticæ, multis modis convitiantur. Loca indicant Theologi *Lub. Hamb.* & *Luneb.* Ausführl. Bericht §. 163. 211. 233. seqq. De ÆGIDII GUTHMANNI Dicteriis videatur eorundem Lehr- und Schutz-Schrifft P. I. cap. II. §. 10. p. 177. & Cap. III. Punct. IX. n. 65. seqq. p. 514. seqq. De CHR. HOBURGII Scommatibus, P. II. §. 79. p. 415. seqq.

Observatio.

Non quæritur: 1.) Anne ab illa literarum, artium & scientiarum peritia, ministerii ipsius efficacia pendeat, tanquam à causa? Neque 2.) an peritia illa ad essentiam ministri pertineat, ut sit simpliciter omnibus Ecclesiæ ministris, quoad quoslibet auditores, quovis tempore docendos æquè, aut æqualiter necessaria? Nec 3.) de abusu studiorum talium, qui per accidens hîc & nunc aliquando contingit, disputatur. Nihil enim horum tueri, nostrum est. Usum autem genuinum pari passu cum abusu venire, aut nimis quàm par est extenuari, non patimur.

THESIS

THESIS VI.	ANTITHESIS VI.
ATtamen fides supernaturalis ac sanctitas vitæ & morum adeò necessaria est, *ex sententia Quakerorum*, ad functionem Ecclesiasticam, ut efficaciter atque adeò salutariter docere non possit, nisi in quo ea habitualiter locum habet.	SAnctitas vitæ & morum non ita est necessaria ad munus cum efficacia gerendum, ut minister non possit efficaciter atque adeò salutariter docere, nisi illa in eo locum habeat.
Ita	Apertè satis
R. BARCLAJUS, cum Thes. X. docuisset; *unumquemque verum Evangelii ministrum constitui & præparari per vim & potentiam gratiæ seu luminis Dei, prout manifestatur & in intima cordis receptum est*: mox Apol. §. VII p. 178. *purificari & sanctificari* hac gratiâ debere ministrum monet, ut *reali experientia ipse senserit, quæ aliis annunciaturus est.*	AUGUSTANA CONFESS. Art. VIII. p. 112. *Sacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacia etiamsi per malos exhibeantur.* Quibus additur Antithesis, quâ Nostri *damnant Anabaptistas & similes, qui sentiebant ministerium malorum inutile & inefficax esse.* Conf. Apol. A. C. pag. 150.

Et rursus §. XV. p. 190. hanc dicit esse *principalem & maximè necessariam qualificationem, sine qua munere suo fungi, nec Deo acceptè, neque hominibus utiliter possit.* Quod p. seq. 191. sic enunciat: *Nos gratiam Dei* (nempe intus sanctificantem) *omninò etiam ad esse ministri necessariam judicamus, ut sine qua nec verus, nec legitimus, uti nec bonus minister quispiam esse queat.* Utrinque prolixus est in assertione probanda, ac præsertim quòd dona veris *Christianis, fidelibus, membris* Christi communia, etiam *majore gradu* in ministris Ecclesiæ esse debeant: *Virtutes* autem, quas Paulus *I. Tim. III.* 2. & *Tit. I.* &c. *in ministris* postulat, prorsus *necessarias* esse *ad aliquem verum Evangelii ministrum faciendum*, disputet, p. 193. iterumque p. 194. ad objectiones contra absolutam gratiæ necessitatem afferri solitas responsurus, inter alia monet, intelligere se homines *gratiâ fermentatos in naturam illius, & bonos illos fructus temperantia, justitia, pietatis &c. producentes.* Talia etiam legi possunt in *Barclaji Catechismo* Cap. IX. Q. V. X. XI. pag. 66. 69. 70.

Habent

Antecessores, ex remotioribus seculis, DONATISTAS, qui ministerium malorum in Ecclesia inutile & inefficax esse statuerunt: quorum argumenta recenset *Augustinus* contra literas Petiliani Lib. I. cap. IX. Conf. *Optatum Milevit.* adversus Donatistas Lib. VII. p. 169. seqq. Donatistis etiam WIGLEVISTAS (qui aliàs *Wiclefistæ* scribuntur, à *Joh. Wiclef*, Rectore Ecclesiæ de Lutterworth, sed & Doctore ac Professore sacræ paginæ juxta Literas Gregorii XI. in Academia Oxoniensi) jungit *Apologia* A. C. p. m. 150. *qui senserint, homines peccare, accipientes sacramenta ab indignis in Ecclesia.* Ex propinquioribus C. SCHWENCKFELDIUS Lib. de Scriptura p. 22. docuit, *prædicatores, qui ipsi non sunt ex corde pii, non salutariter atque utiliter docere, licet rectè aliàs doceant.* Similiter lib. de verbo: *Deus, ait, non operatur hominis conversionem per impios ministros.* Quem etiam errorem in Confutatione, quæ auspiciis Gloriosissimæ memoriæ Principum Dn. *Joh. Friderici II.* Dn. *Joh. Wilhelmi* & Dn. *Joh. Friderici III.* Ducum Saxoniæ, prodiit, Sect. II. Num. III. taxatum legimus. pag. 8. b. 9. a. b. ANABAPTISTARUM eandem fuisse sententiam, ex Colloquio Embdano constat. Argumenta autem videri possunt apud *Wigandum* in Anabaptismo, & ex eo apud *C. Schlüsselb.* Lib. XII. p. 481. ad 496. WEIGELIUS non tantùm quoad doctrinam ipsam sed & verborum formam Barclajo prælusit, quando P. II. Post. p. 26. *experientiam veritatis cœlestis in cordibus* prædicantium requirit, ut cum *annunciatione* ejus Christus operetur in andientibus. Die von GOtt gesandte Prediger/ ait, so die Warheit in ihren Hertzen erfahren/ durch den heiligen Geist Christum gesehen und getastet haben in seinen himlischen Fleisch/ wenn sie die Warheit verkündigen/ so ist Christus mit dabey/ und theilet mit seinen Frieden allen Gnaden-hungerigen Hertzen. Necessitatem autem sanctitatis istius etiam clariùs exprimit, quando *causam defectûs ædificationis* passim deprehendendi huc *simpliciter* refert, quod *peccatis non careant ministri.* Ursache der unfruchtbaren Predigten allenthalben ist/ daß keiner unter uns Predigern/ oder ja wenig/ der sagen kan zu dem Hörer: Quis ex vobis arguet me? Unsere Lehre ist von Menschen/ und unser Wandel und Leben ist vom Teuffel. P. I. Post. p. 221. Quâ etiam ratione peculiariter *absolutionem* ministrorum *inefficacem* esse docuit, quando ipsi sancti non sunt: So ein Apostel oder Prediger soll absolviren/ lösen/ so muß er zuvor gläubig seyn/ sonst geschicht keine Absolution

noch

noch Lösung. P. II. Post. p. 38. ÆGID. GUTBRANNUS in der Offenbahrung der Gött. Maj. P. I. L. VI. Cap. V. p. m. 205. Die Prædicanten und Seelsorger sind weit von dem heiligen Geist abgetreten / derhalben ihre Predigt leer und eitel ist / und ist der H. Geist fern von ihnen. Denique CHR. HOBURG im Præservatif des Vaterlandes p. 147. ministrum non-renatum nihil boni præstare posse in Ecclesia docuit: Ein unwiedergebohrner Lehrer kan nichts Gutes ausrichten in GOttes Kirche. Et de Absolutione ministrorum impiorum inefficaci, planè ad exemplum Weigelii: Wie soll mir der Sünde vergeben / der selbst ein Schlave der Sünden ist und bleibet? P. I. Post. pag. 80. Et mox ibid. Die blinde Menschen suchen die Vergebung ihrer Sünden bey denen / die selbst keine haben.

Observatio.

Vitam improbam ministrorum, præsertim cum scandalis manifestis conjunctam. dum vel similiter peccandi occasionem præbet auditoribus; vel saltem animos avertit ab attentiore & tranquilliore meditatione verbi; vel aliis pluribus modis, impedire posse ædificationem, non negamus. Hîc autem non de eo quæritur, quid sub ejusmodi circumstantiis & aliquando, licet sæpè, contingat; sed utrum sanctitas interna, quæ supernaturale Dei donum est, tanquam donum per se ac simpliciter necessarium, requiratur ad ministrum verum & Ecclesiæ profuturum? Quanquam hîc etiam se insinuent errores reliqui Quakerorum, de sanctitate à *fermento* substantiæ bonæ in mente hominis pendente, deque *essentiali* conjunctione cum Deo & Christo; de quibus aliàs vidimus.

THESIS VII.

CÆterùm ad obeundum ministerium, citra differentiam statûs & sexûs, Laici non solùm viri, sed & fœminæ, modò immediati luminis motum aut afflatum sentiant, admitti ac publicè docentes audiri debent: *juxta Quakeros.*

ANTITHESIS VII.

LAici, & præsertim fœminæ, ad munus docendi publicum in Ecclesia constituta admitti non debent.

Docet id	Ita Nostri
Non solùm praxis antiqua & constans, in cœtibus Quakerorum spectata; sed etiam Apologia BARCLAJI ad Th. X. §. XXIV. p. 204. ubi Hierarchiam Ecclesiasticam Quakerorum declaraturus: *Quando simul conveniunt*, ait, *ut Deum adorent & colant, tunc, quos Spiritus divinâ suâ virtute & influxu ad ministerium separat, aperiens ora eorum, & dans iis, ut in virtute & in Spiritu Domini hortentur, redarguant & instruant, non possibile est, quin illos, qui eo modo à Deo ordinati & in ministerium*	Dum Artic. XIV. AUG. CONFESS. docent, *quòd nemo debeat in Ecclesia publicè docere, aut sacramenta administrare, nisi ritè sit vocatus*; vel hoc ipso Laicos & fœminas excludunt, cùm intercedente vocatione personæ vocatæ, à Laicis, distinguantur, fœminæ autem nusquam apud nos vocentur ad ministerium; Nec fortassè opus est testimonia plura hûc afferre; quando Quakeri ipsi hanc esse sententiam nostram, agnoscunt.

admissi sunt, fratres illorum audiant, recipiant & operis gratiâ in honore habeant; & hoc modo non sit hujus monopolium singulari hominum generi, clero videlicet, qui ea causâ educati sunt, & ad hanc artem, sicut alii caeteri artifices, edocti, ut scilicet cæteri omnes, quasi laici spernantur & excludantur; sed liberæ Dei donô relictum est, ut, quos velit, vocet, sive pauperes, sive divites, sive servos, sive dominos, sive senes, sive juniores, imò sive MARES sive FOEMINAS. Dum autem in his adstruendis occupatur, §. XXVI. p. 207. ad Objectionem, quod *inter populum & ministros nihil faciat discriminis*; Respondet: *Si intelligatur de libertate loquendi & per Spiritum prophetandi, omnes hoc facere posse affirmo, quando eò moventur.* Et mox p. 208. *Quod autem recusamus, est distinctio illa Laici & Cleri (qua in Scriptura non invenitur) quâ nemo admittitur ad opus ministerii, nisi qui ea causa in scholis educati sunt &c.* *Atque hunc modum separandi homines ad opus ministerii*, non esse *similem ordini primitivæ Ecclesiæ Apostolorum*, inde etiam multa mala sequi contendit; præsertim *quia boni & honesti homines mechanici ideò donum* prædicandi *in se ipsis negligant, spiritum extinguant &c.* §. XXVII. p. 208. 209. Mulieribus licere prædicare, speciatim docet p. 10. his præcipuè verbis: *Cùm mas & fœmina idem sint in Jesu Christo, & cùm uni non minùs, quàm alteri, det Spiritum suum; igitur, quando in muliere movet Deus Spiritu suo, nullo modo illicitum iis esse in conventionibus populi Dei prædicare judicamus*: & sic monet, loca *I. Cor. XIV, 34.* [illegible]

non debere sumi sensu latiore. Idem in Catechismo Cap. IX. Q. XXIV. seqq. pag. 79. *filias* æquè ac *filios*, vi *promissionis Evangelicæ*, non tantum olim ad prophetandum admissas, sed *etiam nunc* ejus functionis capaces esse, docet: licet sub finem Capitis *conjugatas à non-conjugatis*, & *velatas à non-velatis* distinguat; ita licentiam docendi publicè fœminino generi concessam restringat. Possunt autem etiam videri, quæ apud alios habentur v. g. Unterweisung des Königreichs, pag. 5. §. II. W. Caton contra Hamburg. p. 44. Th. Lawson contra Zentgraff. pag. 13.

Ex veteribus

Huc referendi sunt, Montanistarum soboles, Pepuziani, qui & Quintilliani, præter *Priscam* & *Maximillam*, Montani scorta, pro Prophetissis habitas; etiam *Quintillam* sociam munere docendi fungentem sectantes: quasi videlicet mulieres *Episcopæ* & *Presbyteræ* esse possint, docentes, atque Sacramenta administrantes. Vid. *Danæus* ad Aug. de Hæres. cap. XXVII. p. m. 154. Anabaptistæ etiam dixerunt, *si quis doctrinam Evangelii intelligat, sive is sit sutor, sive sartor, sive faber, eum docere & concionari debere*: teste *M. Chemnitio* P. III. Loc. de Eccl. Cap. IV, Sect. I. p. m. 130. De Val. Weigelio memorat, locô quidem illius non expressô, B. *Joh. Schelhammerus* in Refut. Postillæ ejus, p. 194. 195. quod ad familiarem quendam scripserit, *Non esse nisi duos status in terris, Magistratûs civilis* & *Subditorum*: *Principem* autem *malorum spirituum*, *Beelzebub, addidisse eos, qui in templis & Academiis docent.* Es seyn nur zween Stände auff Erden / der weltlichen Obrigkeit / und der Unterthanen. Beelzebub aber hab noch ein Geschlecht in die Welt bracht / welches beyde mit List und Gewalt über die Obrigkeit und Unterthanen eindringet / die sind / die in Tempeln / Hohen Schulen. Scilicet hoc est, ordinem illum tertium, præter Politicum & Oeconomicum, prorsus ex Ecclesia non tantum, sed mundo tollere, & relicta nihilominus facultate docendi; (nam & ipse Weigelius docere non desiit, quoad potuit,) exercitium ejus, saltem ut homines informentur in Enthusiasmo, libertati cujusque hominis, sive plebeji sive magistratus, modò spiritum istum habenti, deferre. Chr. Hohburg & ipse officium docendi Laicis illuminatis commune esse voluit, quemadmodum im Spiegel der Mißbräuche pag. 485. scripsisse legitur, Es wäre zu wündschen / daß man GOttes-gelehrte Leyen liesse in öffentlicher Versamlung aufftreten / und aus ihrem Priesterlichen Munde die Weißheit der Heiligen lernete.

Hinc et adverso taxat ministros, qui ordini tantùm suo id officium proprium esse velint. Ihr habt/ ait, den Gottesdienst im Neuen Testament an Euch/ als sonderliche Priester und Leviten des Neuen Testaments angebunden / eben als ob ihr sonderlich darzu geweihete Clerici und Priester wehret &c. p. 576, adde p. 695. 721.

Observatio I.

Non est quæstio de privata informatione, quâ singuli fideles eruditiores possint alios rudiores docere; speciatim Patres & Matres familias domesticos suos erudire: *Neque* quæstio est de casu necessitatis, ubi, deficiente ministro ordinario, Laicus aliquis doctior, ex consensu reliquorum (& sic vocationem aliquam nactus) vices ministri expleat; quemadmodum *nec* de baptismi administratione in casu necessitatis hîc agitur: sed de publicô docendi actu & munere, deque lege divinâ, certum statum aut ordinem determinante.

Observatio II.

Sacerdotium spirituale Christianis commune esse, etiam orthodoxo sensu dici potest & solet: verùm hoc ipsum munus aliud est, quàm ministerium Evangelii. Respicit enim sacrificia spiritualia per oblationem sui ipsius, simul precum & beneficentiæ & mutuæ ædificationis exercitia, citra confusionem ordinum in hierarchia Ecclesiastica.

Thesis VIII.

Itaque nec Magistros aut Dominos appellare Ministros, nec habitu externo aut vestitu distingui ab aliis, fas est: *juxta Quakeros.*

Antithesis VIII.

Ministros Ecclesiæ, in honorem muneris, quod gerunt, Magistros ac Dominos appellari, ipsosque habitu externô aut vestitu ab aliis distingui, non solùm licitum, sed & decorum est: *juxta Protestantes.*

Sic pridem

In Libello, Gründe und Ursachen/ warum sie die *Lehrer* der Welt (i. e. ministros ordinarios quoslibet extra suos cœtus) very

Sanè

Hoc nomine succensent nostris Quakeri, quòd hunc morem à nobis frequentari ac defendi cognoscunt. Videri autem possunt quæ *Theologi Magnetici*

Rugnen p. 2. hanc rationem inter plures afferunt; Quòd ab hominibus *Dominos ac Magistros* appellari se patiantur: Sie werden von den Menschen Herren und Meister genennet. Eadem habentur im Weg zum Königreich pag. 9. apud HAMBURGENSES in libello illis opposito, Quaker-Greuel. Cap. IIX. num. IV. p. 218. & olim und cum LUBECENSIBUS & LUNEB. in der Warnung contra Pratos, Abus. IX. p. 230. seqq.

W. CATON Onders. p. 14. ST. CRISP. Triumph. p. 28. BARCLAJUS autem Apol. Th. X. §. XXXIII. num. 4. 2. *Ministerium*, scribit, *& quos nos tuemur & patrocinamur ministros, cùm sint humiles, pracedentiam & prioritatem non ambiunt, sed potiùs sibi invicem in amore serviunt, neque colore vestium ab aliis distingui cupiunt, nec diffusis phylacteriis utuntur, nec salutationes in foro, nec primas cathedras in Synagogis affectant, nec primos recubitus in canis, nec ab hominibus Domini dici volunt.* pag. 219.

Congruunt & hæc

Exemplo Enthusiastarum antiquiorum: quorum superiore seculo Duces, MÜNZERUS & CAROLSTADIUS, titulis & habitu, suo ordini convenientibus dignosci ampliùs noluerunt. Nam *ille* quidem *humanitati cumprimis esse consentaneum docebat, ut dignitate sint omnes aquales*; memorante *Sleidano* Lib V. p. m. 110.: quanquam hâc ratione non solùm Ecclesiasticam, sed & civilem dignitatem magistratûs sublatum iret: quod & mox patuit. *Hic* autem, cùm A. 1522. Johanni Westermanno & Godscalco Graplo Doctorum titulos, ipse Brabeuta, conferret, publicè testatus est; *se posthàc nemini gradum esse collaturum, eò quod promovendo alios in Doctores, sciens ac prudens faciat contra dictum Christi Matth. XXIII, 8.* Quod quidem in Matricula Academiæ Wittebergensis notatum ac Lutheri manu sequentia verba adscripta fuisse: *Et ego testor hâc meâ manu, me in eodem actu adfuisse, & etiam has sacrilegas voces ex ore ejus blasphemo audiisse: Ego prudens facio impiè, quod propter 2. flor. promoveo &c.* testis est D. *Gotfrid. Suevus* in Acad. Wittebergensi Lit. I. Quanquam B. *Lutherus* ipse Comm. in Gen. Cap. X. se testem αὐτόπτην fuisse memoret, Tom. IX. Altenb. pag. 256. 2. Possunt autem etiam de hoc facto Carolstadii videri ex Nostratibus B. *Franz.* de Interpr. script. Orac. LXXXV. p. m. 591. B. *Gerh.* L. de Minist. Sect. XI. p. 136. & Analecta B. *J. E. Gerh.* ad Comment. Parentis sui in Matth. Cap. XXXIII. v. 8. p. 396. Sed & vulgò notum est, quomodo *Carolstadius*, postquam Wittebergâ excessisset,

fuerit amplius Doctoris nomine appellari, sed frater Andreas, assumto simul habitu rustico incedens. Vid. *Mathes.* Conc. IV. de Vita Luth. p. 31. b. & Conc. VI. p. 49. b. *Hist. A. C.* Ambr. Wolffio opposita, auctoribus *Chemnitio, Kirchnero, Selneccero* p. m. 30. b. Caeterum bene monet Mathesius l. c. pag. 31. b. Carolstadii socios, uti scholas & quaslibet artes honestas, sic etiam mores laudabiles, quibus tituli ac testimonia publica eruditis hominibus dari consueverunt, ludibrio habere & cavillari coepisse. Unde ANABAPTISTARUM consensum facile est cognoscere. Sic enim ipsa *Apologia* A. C. p. 202. Anabaptistarum expressam mentionem facit, ad quorum petulantiam retundendam consultum sit *ministerium verbi omni genere laudis ornare adversus fanaticos homines, qui somniant Spiritum S. dari non per verbum* &c. Poteramus etiam ZVINGLIUM & GUALTHERUM his jungere, quorum ille in Epist. ad Bugenhag. hic in Cap. XXI. Joh. f. 407. *fastidium titulorum*, docentibus in Ecclesia collatorum, declarant; quorum verba apud *B. Gerhardum* l. c. de Minist. Eccl. §. 136. p. 231. legi possunt. Sed sufficiat nobis, addidisse WEIGELIUM & HOHBURGIUM: quorum ille *literatos Theologos*, quos vocat, ideò reprehendit, quòd *Magisterium scriptura* ambitiosius quaerant, *Doctoratum capessant* &c. Die wollen sie in Hoffarth bleiben / Meisterschafft in der Schrifft suchen / Doctorat annehmen &c. P. II. Post. p. 181. Conf. p. 197. P. I. pag. 185. 187. P. III. p. 10. & 71. Dial. de Christianism. p. 71. Hohburgii autem dicta calumniosa plura congesserunt Theol. *Lub. Hamb. & Luneb.* P. II. Lehr= und Schutz=Schrifft. §. 80. p. 419. ad 423. quorum antecessores im Ausführl. Bericht / §. 1017. p. 620. *Novellorum Prophetarum* invectivas in habitum, praesertim collaria, ministrorum Ecclesiae recensent, ex libellis Buß=Posaune / p. 40. Neu=Jahrs=Posaune / num. 54.

Observatio I.

Abusum titulorum & vestitûs à moderato usu eorum, quibus status hominum discernuntur, & τὸ πρέπον ad reverentiam sacri muneris observatur, distingui debere, pridem monuerunt Nostrates. Rectè autem etiam Theol. *Lub. Hamb. & Luneb.* im Ausf. Bericht postularunt, ut accusatores, abusum objicientes, etiam personas nominatim indicent, quibus culpam tribuant; non autem promiscuè ordinem totum calumnientur. Quakeri verò utique non tantùm in hypothesi, sed thesi, & sententia generali, à nobis discrepant.

Obser-

Etiam Quakeri videri volunt, *honorem* ministris Ecclesiæ congruum tribuere: quemadmodum *R. Barclajus* in Catech. Cap. IX. Q. VII. p. 68. nomine Catechetæ Catechumenum interrogat: Müssen Sie (ministri, Episcopi) nicht eben wohl in ihrem Ampt respectiret werden? & respondet affirmativè, ex *I. Tim. V*, 17. *duplici honore esse dignas*. Attamen signa honoris, in nominibus ac titulis consistentia, non admittit, dumque in ipsa quæstione supponit, quod non habeant *dominatum* (daß sie keine Herrschafft führen mögen) *Dominos* etiam appellari vetat. Nec sanè mirum est; cùm opifices rusticosque & fœminas ad hanc functionem admittant, id simul locum habere, quod in proverbium abiit: *Tros Rutulúsve fuat, nullo discrimine habetur*; & Magistrorum ac Dominorum nomina exulare.

THESIS IX.

Officia docendi, quoad diversa loca ac tempora & Ecclesias particulares, non aliter inter ministros distingui debent, *juxta Quakeros*, quàm quatenus Lumen internum & immediatum aliquem certo cœtui alligat, aut ad alios ire eosque docere jubet & movet.

Olim certè

Quakeri apertè taxabant eam ministerii formam, quâ ministri *fixas sedes* habeant, (hebben gesette Plaetsen) uti loquitur Ed. Bourrough Standaert. Cap. XI. p. 13. Quod autem R Barclajus Anim-adv. ad Exerc Nic. Arnold. pag. 34. concedit; *posse ministros alligari certo loco & populo*; ex contextu facile

ANTITHESIS IX.

Officia docendi, quoad loca & tempora, ipsasque Ecclesias particulares distinctas, citra immediatam luminis interni revelationem ac determinationem, per certas constitutiones aut pacta conventa, pro ratione circumstantiarum, rectè distingvuntur: *juxta Nostrates*.

Nimirum

Uti hic sermo est de Ecclesia plantata, ita praxis etiam nostrorum cœtuum hanc sententiam declarat. Atque huc pertinent, partim quæ de Unione ac Divisione Ecclesiarum, de Transitu Ministrorum ab una Ecclesia aut Parochia ad aliam, de Juribus Ecclesiasticis, cultum publicum sic aut aliter determinandi, &c.

intelligitur, cum restrictione ad Spiritum internum, immediatè ducentem, dictum esse.

scriptis Nostratium variis, ipsaque praxi, traduntur.

Atque hic mos fuit

Etiam plurium Enthusiastarum, huc atque illuc cursitantium, prout Spiritus suus ferebat. De CAROLSTADII vago curriculo, donec Basileæ quiesceret, vid. *Hist. Aug. Conf.* A. Wolffio opposita pag. 30. 31. De SCHWENCKFELDII oberrationibus per Germaniæ provincias *Wigandus* & *Schlüsselburgius* sub initium librorum illi oppositorum. WEIGELIUS etiam longiùs progressus, prædicationem Evangelii apud infideles per orbem terrarum exegisse legitur Dial. de Christian. pag 80. scribit: **Wir sitzen in unsern Dienst-Predigten und in der Ringmauer in warmen Stuben — und gehen nicht aus unter die / so von Christo nichts gehöret haben / wir solten die Schäfflein Christi mitten unter den Wölffen suchen / und nicht ablassen / das Ite in orbem zutreiben / biß uns der Tod scheide durch die Hände der Gottlosen / das wäre Christum Crucifixum geprediget.** Similia habet P. III. Postill. p. 12. 59. 60.

Observatio.

Non existimandum est, omnem transitum de Ecclesia particulari una ad alteram à nobis taxari, & absolutam necessitatem permanendi in uno loco à nobis affirmari. Nam & praxis nostra aliud docet. Sed commorationem in certo loco, ac transitum de loco in locum, ab interno præcise Spiritu pendere nolumus: vocationem autem novam ordinariè per Ecclesiam fieri, & ad circumstantias, quæ se offerunt, adhibito intellectûs ad scripturæ normam alligati judiciô, attendi debere, utrum evidens mutationis utilitas in Ecclesiam redundatura compareat? docemus. Vid. B. *Chemnit.* P. III. LL. de Eccl. Cap. IV. p. m. 157. a.

THESIS X.

SAlaria fixa, pro laboribus functionis Ecclesiasticæ, constituenda non sunt; neque ea, velut ex vi contractûs, accipere ministris licet: *ex sententia Quakerorum.*

ANTITHESIS X.

SAlaria, pro laboribus functionum Ecclesiasticarum, rectè constituuntur: rectè etiam à ministris, tanquam merces, velut ex vi contractûs, accipiuntur.

Ita

Ita enim	Pertinent huc
Jam pridem illi in Gründen und Ursachen &c. p. 2. fatentur, quòd ideò se subduxerint ministris ordinariis, quia *mercedem pro opera* popoſcerint; ipsi autem didicerint ex Scripturis, quod *donum Dei non ſit vendibile* (daß die Gabe Gottes frey sey/ und nicht könne für Geld gekaufft und verkaufft werden.) Similiter im Weg zum Königr. p. 9. 10. Conf. Ed. Bourrough Standaert. Cap. XI. p. 13. 14. Verkl. des Gel. p. 4. W. Caton Onderſ. p. 13. 14. Beschirm. p. 15. 16. Schall der Warh. p. 18. 19. St. Crisp Triumph. p. 8. 9. 16. 29. 30. Fr. Howgill Eröffn. des B. der Morg. p. 29. 30. R. Barclajus	Quæ B. *Lutherus* in Catechismo Majore, Explic. præc. IV. p. 444. 445. *de alendis & fovendis ministris* Eccleſiæ pluribus docuit: quæ quamvis ad libera dona illis præbenda non malè referantur; fundamentum tamen præbent earum conſtitutionum, unde miniſtri, operam ſuam præſtituri Eccleſiæ, de honeſta ſuſtentatione certiores reddantur. Aliàs autem nota ſunt, quæ de ſalariis miniſtrorum ab Auctoribus, ſive in Locis Theol. ſive peculiaribus libris de Miniſterio Eccleſiaſtico, aut Caſibus Conſcientiæ & Conſiſtorialibus, paſſim docentur.

ipſa theſi X. ſcribit: *Qui ſanctum & immaculatum donum* (vocationis divinæ ad miniſterium) *acceperunt, ſicut gratis accepêre, ita & gratis diſtributuri ſunt, absque mercede vel pacto ſtipendio; abſit ut eo utantur, ſicut arte ad lucrandam pecuniam.* Et in Catech. ſuo Cap. IX. Q. XIIX. XIX. XX. prolixiore quàm in aliis conatu, probat, nefas eſſe, ſi miniſtri *de ſalario certi* velint *reddi*, quando *ſpiritualia* ſunt *adminiſtraturi*. Daß ſie diſſfalls verſichert ſeyn — daß man ſie dazu miedte. pag. 74. ſeqq. ad 79. Quibus reſpondent, quæ idem habet in Rettung der Warh. p. 22.

Inter veteres

Vix invenias, qui miniſtris Eccleſiæ ſalaria deberi negaverint, niſi fortè huc referre velis, quod *Proſper* Lib. II. de Vita Contem. cap. IX. ſeqq. diſputat, *non poſſe Clericum ſine graviſſimo peccato vivere ex bonis Eccleſiaſticis, ſi habeat bona propria, unde ſufficienter alatur.* Sed benè eſt, quòd is ipſe fatetur, opinionem illam ſuam multis duram fuiſſe viſam, cùm nova eſſet: & tamen ſalaria fixa Miniſtris conſtitui rectè poſſe ac debere, unde, qui ditiores non eſſent, honeſtè ſuſtentarentur, ſimul agnovit. *Waldenſes* autem, licet miniſtri ipſorum manuariis operis victum quærere conſueverint, non tamen negârunt ſalaria illis rectè conſtitui ab his, qui

Ff possunt,

possunt, & à ministris accipere licere. Nimirum & ipsi ferè pauperes, certè persecutionibus obnoxii, non habuerunt, unde stipendia fixa decernerent & præberent ministris suis; & ministri, partim auditorum indigentiæ condescendentes, partim etiam nomine muneris dissimulato securitati suæ & suorum consulentes, opificia manuaria liberè exercuerunt potius, quàm ut religione quâdam à poscendis atque accipiendis stipendiis arcerentur. Vidd. quæ B. *Ægid. Strauchius* observavit Disp. pecul. de Waldensibus Aphor. XIII. Sed ANABAPTISTÆ, confusionem Statuum Ecclesiæ, ac ministerii ordinarii abolitionem molientes; salaria ministris denegare, primi, quod scimus, ausi fuerunt. Certè in *Colloquio Embdano* dixerunt, *se non legisse in N. T. quòd prædicatores verbi certa stipendia, certos reditus habuerint.* Argumenta autem illorum, cum his, quæ Barclajus & socii afferunt, facile coincidunt: ac videri possunt apud B. *Wigandum*, & ex eo apud *Schlüsselb.* Cat. Hær. L. XII. p. 477. seqq. B. *Balduin.* Comm. in I. Cor. IX. P. I. Q. IV. p. m. 401. a. B. *Gerh.* Tom. VI. LL. de Minist. Eccl. Cap. XV. Sect. I. §. 325. p. 514. B. *Brochm.* System. art. de Minist. Eccl. Cap. II. Q. XIV. m. I. pag. m. 349. 350. WEIGELII flosculos similes, de mercenariis, (Miedlingen und Lohn-Predigern / gedingten Knechten &c.) videsis Dialog. de Christianis. p. 101. Postill. P. I. p. 218. P. II. p. 42. 166. HOHBURGIANOS collegerunt *Theologi* Lub. Hamb. & Luneb. Lehr- und Schutz-Schrifft. P. II. §. 36. p. 215. §. 80. p. 420. §. 92. p. 464.

Observatio I.

Monet *Barclajus*, Apol. Th. X. §. XXIIX. p. 210. *se libenter fateri, debere eos, ad quos Deus mittit, seu inter quos suscitat ministros, si opus sit, necessitates eorum supplere: secundò, quod legitimum sit iis, quod necessarium est, accipere. — In hoc negotio igitur non repugnare se necessario aliquando; sed primò, limitato & coactivo; Secundò superfluo & sumptuoso; Tertiò autem hujus rei manifesto abusui.* Et hæc *ipsâ Thesi* jam *declarata* esse contendit. Atqui ibi quidem dixerat: *Si Dominus aliquem abducavit à negotio seu parte suâ, quâ solitus est sibi & familiæ comparare panem, licet ei secundùm libertatem sibi in Domino concessam recipere temporalia (videlicet quæ ad victum & amictum pertinent) ab illis, quibus spiritualia communicavit, quæ liberè & ex animo data sunt.* Verùm his verbis 1.) quod [illegible] dicitur, ad conditionem certam ita restringitur, ut interea sub forma conditionali nihil absolutè ponatur. 2.) licet conditio non sit impossibilis,

sibilis, tamen ut impleta compareat, necesse erit, non solùm ministrum de arcano illo & interno tractu Dei certum esse, ut accipere posſit quod fratres offerunt; sed & hi per eundem Spiritum intùs & immediatè docendi sunt, illum à Spiritu avocatum esse ab arte aut negotio suo: aliàs nihil dabunt. 3.) nisi hi sponte aliquid daturi sint, non licebit ministro, velut officii jure, aliquid poscere. 4.) quando *temporalia* illa, pro *spiritualibus* danda, restringuntur ad ea, quæ *ad victum & amictum* pertinent; quicquid ultra datur aut accipitur, ad *superfluum* & *sumtuosum* referendum, & in vitio ponendum erit. Ita patet, quantulum ministris, quamque incertum, sæpè nihil, relinquatur.

Observatio II.

Quamvis Nostrates affirment, licitum esse Ministris Ecclesiæ, accipere stipendia, eaque stata & fixa; imò etiam illis, qui ex patrimonio, aliàve hæreditate aut dono, habent, unde vivant, nihilominus licere accipere stipendia; non autem, ut de suo vivant, necessarium esse: attamen non negant, si quis ex circumstantiis & rationibus peculiaribus haud temerè colligere posſit, se majores fructus facturum, si gratis doceat, ac sustentationem aliunde habeat planè sufficientem, non solùm non disſuadendum, sed *consulendum* ei esse, *ut jure stipendia exigendi* non utatur: similiter, quando, qui stipendia accipit, dum ipse bonis propriis abundat, ei consultum esse, ut *conferendis in pauperes eleemosynis tantò liberalioribus pietatem suam probet*, ex adverso autem *caveat*, *ne ab indigentibus stipendia rigidiùs exigat*, *neve congerendis opibus scandalum cuique præbeat.* Vid. B. *Gerh.* L. de Minist. Eccl. §. 326. pag. 517.

Observatio III.

Mirum non est, Quakeros, in istam de stipendiis certis ministro non asſignandis sententiam descendisse: quando 1.) aditus ad ministerium apud ipsos cuivis patet; alere autem quosvis, præsertim cum familia, molestum fuerit cœtui aut membris reliquis: 2.) Cœtus ipse ministrum nullum vocat, de necesſitate vocationis immediatæ persuasus: itaque nec salaria his constituit, quos non vocat. 3.) Ex opinione immediatæ atque adeò singularis & extraordinariæ vocationis, facile nascitur fiducia de singulari & vel extraordinaria sustentatione divina hominis sic vocati à Deo: quod nec diffitetur *Barclajus* pag. 211. 217. Ipse

verò

verò Barclajus tantò facilius hanc sententiam amplecti potuit, cùm & opibus paternis ita abundaret, ut, quamvis suorum Doctor ductorque, tamen stipendio non indigeret; simul autem non obscure cognosceret, parum aut nihil se ab aliis consecuturum: quemadmodum de *Christ. Hobburgio*, non quidem æquè divite, sed tamen de spe salarii fixi ulterius percipiendi dejecto, monuerunt Theologi *Lub. Hamb. & Luneb.* quòd, si ipse salario & accidentibus potiri potuisset, taciturus fuisset: (hätte Er auch daran part gehabt/ so wolte Er geschwiegen haben) Vid. Lehr- und Schutz-Schrifft. P. II. p. 420. 421. Conf. quæ de Enthusiastis aliis, dona aliorum captantibus, observarunt iidem, Warnung p. 434.

Observatio IV.

Juxta hactenùs distinctè proposita, Quakeri concludunt, *Ministerium, quod ipsi defendunt, tuentur & volunt, per omnia simile esse ministerio Apostolorum & primitivæ Ecclesiæ. Quod autem defendunt & patrocinantur adversarii* ipsorum, non tantùm Pontificii & Reformati, præsertim Episcopales in Anglia, sed etiam Lutherani, *per omnia simile esse falsis Prophetis & Doctoribus, quos condemnat Scriptura*: quemadmodum Barclajus istud per membra quinque sigillatim ostendere nititur. Idem quoque agunt cæteri, *W. Caton, Is. Pennington, W. Ames, Ed. Burroughs, St. Crisp, G. Fox, Th. Lawson*, locis ad priores theses citatis. Nostri contrà suum Ministerium, non ex uno alterove hîc aut illîc deprehendendo abusu ac vitio, sed secundùm doctrinam publicam, eique conformia exempla, quæ sanè non desunt, æstimandum, S. Scripturæ & primitivæ Ecclesiæ, (quantum quidem diversitas statuum illius & hodiernæ admittit,) conforme esse; Quakerorum autem Ministerium nihil minùs, quàm verum, legitimum & Christianum ministerium esse, contendunt. Verùm de his jam non licet addere plura.

CAPUT

CAPVT XIX.

De MAGISTRATV ET REBVS CIVILIBVS.

QVAKERORVM Thesis I.

MAgistratum aliquem in terris equidem agnoscere, eique subjectos esse, convenit Christianis; gerere autem, & jura Majestatis exercere posse, non æquè clarum est *Quakeris*.

PROTESTANTIVM Antithesis I.

MAgistratum non solùm aliquem in terris agnoscendum esse, eique subjectos esse decere Christianos, sed & gerere & jura Majestatis exercere posse, clarum est *Nostris*.

Equidem

Quakeros iniquô esse animô ergà Magistratum civilem, atque ad destructionem ejus tendere, non paucis visum est. Certè seditio *Londinensis* & *Virorum Quintæ Monarchiæ* conamina opinionem illam confirmârunt. Verùm ista ad se non pertinere, à talibus se alienos esse, qui de suo spiritu nihil participent, illi perhibuerunt, qui *Declarationem* fidei suæ Regi *Carolo II.* A. 1661. d. 30. Jan obtulerunt. Conf. *G. Fox* Salv. ad Reg. cap. IX. *W. Caton.* Beschirm. præf. A. ii. b. & opere ipso p. 7. n. 16. p. 23. & 24. *W. Ames* contra Lassen. p. 47. seqq. *Th: Lawson* contra Zentgr. p. 11. Quid? quod laudatus Zentgraffius in Disp. de Colluvie Quak. Sect. I. art. I. §. 6. p. 4. postquam recensuerat, quæ de Viris quintæ Monarchiæ referuntur, addit; *hæc non de omnibus (prout nimirum ex suis confessionibus & scriptis sunt dijudicandi) intelligenda esse, neque nomen hoc omnibus; sed peculiari tantùm Quakerorum sectæ, attribuendum videri.* Conf. Sect. II. Artic. I. §. 6. p. 19. Nimirum, si scripta eorum consulamus, Magistra-

Expressè

CONFESSIO AUG. Artic. XVI. docet, *quod Christianis liceat gerere Magistratus, exercere judicia:* ubi etiam in Antithesi *damnant Anabaptistas, qui interdicunt hæc civilia officia Christianis.* pag. m. 14. Confer APOLOGIAM. p. 214. 215.

tus civilis regimen etiam propter conscientiam se agnoscere, operosè testantur. Vid. *W. Caton* Ondersf. p. 12. 13. Beschirm. p. 7. 8. n. 17. p. 28. 42. Schall der Warh. p. 12. *W. Ames* contra Lassen. C. I. p. 1. 2. *Is. Pennington* Weg des Levens p. 52. 59. *Ed. Bourrough* Stand. Cap. X. p. 11. 12. C. XIX. p. 24. *St. Crisp* Klang des All. præf. & Triumph p. 23. *W. Schewen* Gl. und Erf. cap. XX. p. 248. *G. Fox* Beschirm. p. 16. 19. *Barclajus* Catech. Cap. XIII. Q. 1. 2. 3. p. 116. seqq. Retting der Warh. pag. 24. denique T. L. K. V. G. Schrifft ad Dantiscanos, pag. 4. Ita se parere, vectigalia & tributa solvere, etiam iniqua imperia pati, neque vim vi opponere, asseverant. Sed si quæras, utrum, qui Christianus verus est, qualem ipsi describunt, Magistratum salvâ conscientiâ gerere, & juribus majestatis uti possit? ferè silent ac tergiversantur. *Barclajus* in prolixa illa Apologia sua hoc argumentum declinavit. Equidem *quod attinet ad præsentes Christiani orbis Magistratus, propter publicam, quam profitentur Christi nominis professionem, Christianorum titulum omninò iis* se *non negare* scribit; simul tamen *confidenter* se *affirmare posse* perhibet, *quòd à perfectione religionis Christianæ longè absint*, nempe qui *in statu, quò sunt, puram Evangelii dispensationem non attigerint*. Apol. Thes. XV. §. XV. p. 379. Atque hæc indiscriminatim de omnibus dicuntur, & quamvis titulum Christianorum illis relinquant, sine re tamen competere affirmant. Jura Majestatis autem, licet aliqua Principibus concedant, v. g. vectigalium ac tributorum, fortè etiam monetæ, legum & judiciorum, atque extremæ provocationis; reliqua tamen v. g. de bello & fœderibus, circa religionem & sacra, non æquè tribuunt: de quibus mox seorsim videbimus.

Fuit hæc etiam

ENTHUSIASTARUM atque ANABAPTISTARUM superioris seculi sententia, crassior quidem haud raro, & hôc magis exosa, à moderatioribus autem ita restricta, ut non tàm simpliciter destructum irent, quàm cum Evangelio non convenire Statum Magistratûs, affirmarent. Certè TH. MÜNZERUS, Dux gregis, non illicò omnem Magistratum sublatum velle visus est; tantùm *Magistratus non-Christianos punire, Christianum autem regimen introducere* se velle, quasi ex divinô mandatô, perhibuit. Vid. LUTHER. Tom. III. Altenb. p. 128. a. Et in articulis rusticorum, à Münzero excitatorum, art. III. pag. 112. b. expressa legitur protestatio, quòd *non velint planè liberi* esse, ac *nulli magistratui subjici*; nicht/ daß wir gar frey sind/ keine Obrkeit haben wollen/ lehret uns GOtt nicht; dicunt l. c.

Ana-

Anabaptistæ in Colloquio Franckenthalensi Actione XXIV. super art. V. num. 4. p. 489. interprete *Rauffio*, dixerunt, se fateri, quòd *Magistratus sit Dei ordinatio*; quòd *autem homo Christianus munere illo fungi possit, & mediante gladiò vindictam exercere*, *postulare se, ut probetur*; *se enim id non credere*. Sic etiam Transsylvani Anabaptistæ, in Antithesibus Christi veri & falsi, A. 1568. editis, antith. VII. scripserunt: *Christum falsum habere in sua Ecclesia, Reges, Principes, Magistratus, gladios: Christum verum nihil tale in Ecclesia pati posse.* Weigelius quoque, licet mentionem faceret *Magistratûs Christiani sub fide* (enthusiasticâ) *manentis*; simul tamen expresse docuit, *Magistratum non convenire natura N. T.* Christliche Obrigkeit muß eben so wohl unter dem Glauben bleiben / als ihre Unterthanen: wiewol Obrigkeit haben nicht was Neu Testamentisch ist. P. II. Postill. pag. 155. Cæteros quoque Novellos Prophetas, cùm Magistratus omnes per Christum, erectô novô regnô, abolitum iri docerent, officium Magistratus à nævis vitiisve personarum non distinguere, sed quasi munus ipsum in Ecclesia & secundùm voluntatem Christi locum non habeat, fingere & persuadere aliis velle, monuerunt Theol. *Lub. Hamb. & Luneb.* Ausf. Bericht. Motiv. XIV §. 1003. seqq. p. 604. seqq. Chr. Hohburgium ejusdem cum Anabaptistis sententiæ fuisse, vel inde patet, quòd postremis vitæ annis Mennonitarum concionatorem egisse, filius Philippus in curriculo vitæ paternæ testatur. De Socinianis breviter monemus, quòd quidem in Catechismo suo Racoviensi Sect. de Proph. Christ. munere Cap. I. Q. X. p. m. 136. docuerint, *Posse ipsum Christianum gerere magistratum, modò in ipso capessendo & administrando ita se gerat, ne quid contra leges & Christi mandata delinquat*: attamen æque, atque Quakeri, præcipuas muneris partes & ipsi perverterint; quod infrà notabimus. Recentiores autem, præsertim *Lud. Wolzogenium* & *Dan. Brenium*, longiùs progressos novimus, ita ut in N. T. magistratui locum non concederent. Vidd. quæ ex scriptis illorum collegit B. *J. C. Dürrius*, Disp. XIII. contra Socinian. cap. XII. §. 10. Quibus subjungendus denique est *Dan. Zvickerus*, (licet noluerit Socinianus simpliciter haberi,) in Josia Novi fœderis, quem inscripsit, acriter contendens, *nulli Christiano, qui salvari velit, licere aut licere posse, mundanam dominationem, ceu quam Christus ipse, ut humilis esset, minimè usurpavit, usurpare*: qui tamen & ipse non dissimulavit, *à Mennonitis* demùm se *vitam Christi rectiùs adumbratam didicisse*: in Corollario, quod Irenico Irenicorum subjunxit, p. 79. Potetamus

ramus etiam addere Pontificios, saltem *Religiosi*, quem vocant, *Status* patronos ac praecones, qui licet Magistratum Christianis non esse illicitum, agnoscant & profiteantur, tamen cum *perfectione Evangelica* consistere posse negant: hoc nomine notati ab *Aug. Conf.* Art. XVI. in Antith. p. 14. & *Apol.* p. 216. Verùm ista nunc sufficiant.

Observatio.

Juxta hactenùs dicta, facilè patet; 1.) non esse quaestionem de Magistratu, qualis *per accidens* in aliquibus subjectis deprehenditur; sed de Officio ipso *per se* & in sua *natura* considerato. 2.) fontem erroris, uti caeterorum, sic etiam Quakerorum, esse opinionem perfectionis in N. T. aut sub Evangelio: cui repugnet, quod alias in imperfectioribus toleratum fuerit. Nam & in hanc rem notanda sunt verba *Barclaji* l. c. §. XV. p. 370. quibus excusationem quandam illorum molitur, qui, cùm Christiani audire velint, Magistratum tamen gerunt; *Illi*, inquit, *Christiani nominis confessores, adhuc in mixtura* (fermenti boni & mali) *sunt, & nondum ad purum, patientem, & tolerantem Spiritum venerunt, nondum parati sunt ad hanc Christianitatis formam.* Sic enim, quemadmodum *illis bellum justis de causis susceptum omninò illicitum esse, non* vult *dicere*; sic etiam functionem Magistratûs, quoad hujus & plurium jurium Majestatis exercitium, equidem non omninò licere Christianis in mixtura illa versantibus; attamen fermentatos sancto illo semine, & ad purum Spiritum venientes, abstinere ab illa debere, eâdem viâ statuerit: quemadmodum Anabaptistarum nomine quidam *Rannieb* in Colloq. Franckenth. Act. XV. cùm aliquandiu disputatum esset, utrum officium magistratus à Deo sit? an à diabolo? bonum, an malum? tandem num. XI. p. 522. respondit, Magistratum *inter bonos malosque medium* tenere locum; esse velut *sepem* inter *animalia fera* & *hortum bonum* (als wie eine Behägung zwischen einen guten Garten und wilden Thieren.) Ac postremò quidem res eò redire videtur, quòd & Quakeri & Anabaptistae Ecclesiam in hac vita à consortio malorum immunem, ac sic demùm in statu suo naturali fore; tunc autem nec magistratui locum relinqui, intereà tamen Magistratum, qui Luminis immediati sectatores tuetur & fovet, non prorsùs contemnendum, sed in pretio quodam habendum esse, statuerunt.

THESIS

Thesis II.	Antithesis II.
In his, quæ ad religionem attinent, nihil juris habet Magistratus, quantumvis inter Christianos reputandus: *juxta Quakeros.*	**Habet** etiam Magistratus Christianus jus aliquod in his, quæ ad religionem attinent: *juxta Protestantes.*

Nempe

Juxta illos religio tota in cultu interno, per Spiritum immediatè illuminantem, dirigentem, trahentem, præstando, consistit: neque actus externos, nisi ab ejusmodi motibus internis proficiscentes, eò referre licet. Itaque *nec* Magistratus habet, juxta Quakeros, quod circa externam pædagogiam aut exercitia religionis, *Legibus* latis, præscribat, neque quod instituto *judicio* discuti faciat, *vel* stabilitâ *disciplinâ* emendet: nisi quòd ad Spiritum intùs docentem omnes ablegare, ejusque ductum sequi jubere poterit. Cæterùm nec *ministros* Ecclesiæ, & *scholarum*, tanquam seminariorum Ecclesiæ, *sive* solus, *sive* adscitô Ministeriô jam constitutô, vel saltem populo, vel utroque, vocare & præficere Ecclesiæ poterit Magistratus, quando vocationem omnem internam & immediatam esse debere creditur: nec de *salariis*, quæ ordinariè nulla, vel saltem prorsùs libera, è singulorum incertis donis colligenda erunt, nec de *ceremoniis*, *diebus festis*, *vestibus* & *vasis* sacris &c. quorum usus apud illos nullus est, statuere quicquam ac mutare. Quando autem & reliqua, quæ ad veræ doctrinæ professionem, certis *formulis* conformem reddendam; ad *inquisitionem* in hæreticos, ad *condemnationem* & *coërcitionem* aut *expulsionem* eorum attinent, manifestè subducuntur potestati Magistratûs, uti mox distinctè videbimus; profectò nihil tandem relinquitur eorum, quæ ad religionem spectant, ad quod potestas & officium Magistratûs se extendat,

Ostenderunt hoc

Nostri in ipso negotio Reformationis & exhibitæ Confessionis Augustanæ Sacræ Cæsareæ Majestati, Electoribus, Principibus & aliis Statibus Imperii. vid. Præfat. A. C. p. m. 5. 6. 7. 8. cùm & ipse Imperator *Carolus V.* conventum imperii indixisset, in quo inter alia *de dissensionibus in causa nostræ sanctæ religionis & Christianæ fidei*, deliberaretur, *& ut in hac causa religionis, partium opiniones inter sese, in caritate, lenitate & mansuetudine mutua audirentur coram, intelligerentur & ponderarentur* &c.

dat,

Rat. Unde *Barclajus* non solùm in thesibus & Apologia, verùm etiam in Catechismo suo, nihil omninò Magistratui in his talibus adscribit aut vindicat: cæteri quoque tacent, nec nisi in civilibus, jura Magistratus constituunt: quod evolventi loca ad Thes. I. citata facilè constabit. Add. W. CATON Vind. contra Hamb. p. 61. G. FOX Salv. ad Reg. c. II. FRANC. HOWGILL Eröffn. p. 13. 14. qui postremus expresse scribit: **Der wahre Stand und Macht / in welchem ein Fürst sich mag GOtt ergeben / in welchem er mag den Segen auff sich selbst und auff sein Volck erbelden / ist / daß er wol regiere in Dingen / die gehören zu den Menschen / und in civilen Dingen / die zu des Menschen Leben gehören &c. Aber das Mysterium Babylon ist ferne von diesen Dingen: Die, die Herrscher / Fürsten und Edele hat überredet / daß sie müssen regieren als Obrigkeit in der Kirchen GOttes / und in Christi Regiment / in Dingen / die zum Gewissen gehören / hat sie gelehret die Autorität in diesen Dingen zu gebrauchen** Quibus respondet libellus supplex Quakerorum ad Senatum Hamburgensem, cujus excerpta habentur im **Quaker-Greuel** Cap. X. §. III. p. 355.

Ita verò

Non solùm PONTIFICII, quamvis cultum externum non æquè fastidientes, imò ad superstitionem usque affectantes & propugnantes; Magistratui omnem potestatem Ecclesiasticam denegant, executionem tamen decretorum ac mandatorum cleri eidem relinquentes: vid. *Bellarm.* Lib. III. de Laicis Cap. XVII. Sed etiam, magis conformiter cum Quakeris, ANABAPTISTÆ, *Bullingerô* teste, statuerunt, *Magistratum nec posse nec debere curare negotia religionis.* Refert ex eo *C. Schlüsselburg.* L. XII. p. 362. qui etiam p. 607. ex *Wigando*, inter argumenta illorum hoc quoque adducit: *Ministeria non esse confundenda*, ideòque *Magistratum politicum non debere curare negotia religionis, ne confundantur ministeria ejus & concionatorum.* Maximè autem cum his, quæ de Quakeris nostris monuimus, junguntur, quæ B. *Gerhardus* memorat, L. de Magistr. Pol. Cap. II. §. 31. p. 658. tanquam ab Anabaptistis objici solita: *Verus Dei cultus est interior & spiritualis. Ergò non indiget constitutionibus Magistratûs.* Sic enim prorsus Quakeri nostri, ut vidimus. Eandem sententiam Enthusiastis cæteris placuisse, facilè cognoscitur, licet offensam carere cupientes, non æquè apertè profiterentur, atque abusus tantùm se taxare simularent. Certè religionis libertatem ejusmodi sibi arrogârunt,

ut magistratûs nullam auctoritatem in talibus revererentur; *Spiritûs Sancti* regnum imperio *Magistratui* subinde opponentes; qualia apud *Weigelium* & *Hobburgium* non raro deprehenduntur.

Observatio.

Falsò accusarunt nostros *Weigelius* & socii Enthusiastæ, quasi *absolutum jus* in religionis negotio concedamus Magistratui: **Ein iedes Land gläubet der vorgesagten Lehr und den Regenten zugefallen / aus Furcht der Straffe / oder aus Liebe der Obrigkeit / welches stracks wider die Liebe des Glaubens ist:** ait P. I. Post. pag. 42. & similia habet pag. 97. Notum enim est, quomodo non rarò magistratus, etiam supremus, & subditi diversam sequantur religionem: cujus exempla vetera & recentia præstò sunt. Inprimis religiosa illa pacificatio superioris, & Instrumentum pacis Germanicæ hujus seculi, in hanc rem clara sunt. Cæterùm etiam in casu reformationis non denegatur subditis religione dissidentibus beneficium emigrationis. Communiter etiam differentia eorum, quæ ad religionem pertinent, à Doctoribus nostris inculcatur, & dogmata fidei, itemque sacramenta secundùm se non subesse potestati Magistratûs civilis; ad actiones religionis Christianis communes ipsum quoque Magistratum obligari; eas, quæ Ministeriales verbi & sacramentorum dicuntur, non sibi arrogare, sed ministris relinquere; in reliquis autem, quæ ad externum Ecclesiæ regimen pertinent, non tàm suo solius judicio niti, quàm adscito Ministrorum aut Theologorum consiliô, cognitisq; rationibus, negotia sacra perficere debere, docetur. Itaque & in controversiis cum Quakerorum cœtu aut promachis id notandum est, non esse de absoluta potestate magistratûs in religionis negotio quæstionem. Unde, quæ *R. Barclajus* Thesi XIV. *de potestate Magistratûs civilis in rebus purè religiosis, & ad conscientiam pertinentibus* disputat; &, *quoniam Deus sibi assumsit dominium & potestatem conscientiæ, qui unus potest eam rectè instruere & gubernare*, inde concludit, *nemini licere, quacunque sit ejus authoritas seu principatus in hujus orbis gubernaculo, aliorum conscientiam adurgere:* atque ita in adjecta Apologia §. 315. & seqq. prolixè pro *libertate conscientiæ* pugnat; (quibus similia habent, ipse quidem **Rettung der Warh.** p. 35. sed & W. CATON **Beschirm.** p. 42. ED. BOURROUGH Verkl. des Gel. p. 5. 6.) ea quidem omnia hactenùs nos non feriunt. Quæ autem sub hoc prætextu aguntur ab illo & sociis; & speciatim, utrum, qui

veram *doctrinam pro* nobis *ipsis vindicamus, non* tamen *ſecundùm eam agimus?* ad ſequentia pertinent, theſibus proximis indicanda.

THESIS III.

ITaque non licet Magiſtratui, etſi ſummo, & conſentiente Miniſterio Eccleſiaſtico, certam religionis publicè exercendæ formam in ditionibus ſuis ſervandam, ſubditis ſuis, præſertim miniſtris Eccleſiæ in officio docendi, præſcribere: multò minùs juramentum religionis ab illis poſcere: *juxta Quakeros.*

ANTITHESIS III.

LIcet etiam Magiſtratui Chriſtiano, & quidē ſummo, certam religionis formam in ditionibus ſuis ſervandam, quam ſubditi omnes, præſertim miniſtri Eccleſiarum, ſequantur, præſcribere: *juxta Noſtrates.*

Hoc, inquam, eſt

Quod BARCLAJUS & ſocii ll. cc. contendunt; *Magiſtratum civilem non habere poteſtatem adurgendi homines in rebus religionis contra eorum conſcientiam: non* enim licere *proximos adurgere* in talibus, *niſi perſuaſione aut ratione, aliiſque illis modis, quibus uſus eſt Chriſtus & Apoſtoli ejus,* (quaſi ſcilicet Chriſtus & Apoſtoli ejus Magiſtratu civili functi fuerint) *nempè prædicandi & inſtruendi, qui audire & recipere volunt:* adeòque non mandando aut imperando, vel miniſtris, qui certam doctrinæ formam ſequantur; vel ſubditis, ut audiant & recipiant doctrinam, qui cives eſſe & haberi volunt. Vid. Apol. Theſ. XIV. p. 315. Atque aliàs notum eſt, quantoperè Quake-

Sic enim

Non ſolùm eo reſpiciebatur, exhibitâ CONFESSIONE AUGUSTANA ab Electore Saxoniæ cæteriſque Principibus & Statibus Imperii Proteſtantibus, qui *ſuam* & *concionatorum ſuorum confeſſionem* offerebant, ad cognoſcendam *doctrinam, quam* hi in ipſorum *terris, ducatibus, ditionibus & urbibus tradiderant & tractaverant:* (licet tunc temporis diſſentientes in doctrina adhuc tolerarentur, uti & aliàs tolerari certo modo poſſunt & ſolent:) ſed clariùs in *præfatione* LIBRI CONCORDIÆ, qui ſubſcripſerunt, Electores, Principes, Comites & Magiſtratus Civitatum ſignificarunt; *piam* illam *pacificationem non ſolùm paucorum quorundam ſuorum Theologorum, ſed in univer-*

ris

ris libri Symbolici quarumvis Ecclesiarum, quatenùs illis homines subscribere jubentur, displiceant: T. K. L. V. G. in præfatione libelli Gl. und Erfahr. à *W. Schewen* editi §. ult. conqueritur de *servitute trium religionum in Germania*, von der Schlaverey bey den dreyen Religionen in Teutschland: nimirum quòd ad certas confessionum formulas homines adstringuntur. Alii inter characteres Antichristi hunc morem referunt: uti ipse W. Schewen in Appendice (Nachschrifft) p. 297. seqq. præsertim p. 299. 300. Et p. 304. *formalistas* vocat, qui ad unam certam doctrinæ formam, sive obligant alios, sive obligari se patiuntur.

fium omnium & singulorum Ecclesiæ ministrorum & ludimoderatorum in suis provinciis & ditionibus, consentientem & concordem confessionem & vocari & perpetuò fore &c. *in qua juventus fideliter & diligenter instituatur* &c.

Scilicet more communi

Enthusiastarum & Libertinorum, qui sub prætextu illo, quòd nemo ad fidem & religionem cogendus sit, intereà nullis fidei regulis, nulli disciplinæ ecclesiasticæ homines adstringi posse à Magistratu statuerunt. Vid. *Bullingerus* Lib. II. adversùs Anabaptistas, cap XIV. *Calvinus* Instruct. adversùs Libertinos. Nec, opinor, multâ probatione opus est, quando, qui Magistratui, quà tali, curam religionis, aut *intendentiam in rebus Ecclesiasticis* simpliciter denegârunt, haud dubiè etiam hanc juris illius particulam non concesserunt. Sic & Weigelius *Augustanam Confessionem*, *Corpus Doctrinæ* & similia scripta, tanquam *libros hominum* ad quos alii malè alligentur, taxavit. P. I. Post. p. 176. 193. præcipuè verò pag. 222. Ja etliche müssen wol darzu vor GOTT ein Jurament thun / ait, sie wollen nichts anders lehren / als was in Menschen Büchern fürgeschrieben ist; etliche sind wol zufrieden um ihrer Faulheit willen / beruhen gerne auff Postillen. Confer Dialog. p. 34. 39. Sic autem & reliqui *Pseudo-Theosophi*: Man solle keine Gewissen zwingen oder binden / mit Confessionen, Symbolis, Glaubens-Artickeln / &c. die sie müssen unterschreiben und beschweren. Vid. Send-Brieff Quæst. III. p. 103. 104. Chr. Hohburgii invectivas in libros Symbolicos, auctoritate publicâ munitos, recitant Theologi *Lub. Hamb. & Luneb.* Warnung / Sect. aut Abusu X. p. 252. seqq.

Observatio.

Equidem & *Philippus Mel.* in Exam. Ordinand. L. de Magistratu T. I. Opp. p. 335. b. scripsit: *Non condant* (Magistratus) *dogmata in Ecclesia, nec instituant cultus, ut fecit Nabuchodonosor. Et recens in scripto, cui titulus est Interim; potestas publica extra metas egressa est.* &c. Sed hæc tantùm dicta sunt in oppositione ad *αὐτοκρατορίαν* Magistratuum, judicio humanô nixorum, in condendis dogmatibus & cultibus: quam nemo Nostratium approbat. Qui potiùs etiam consilio Ministerii aut Theologorum in talibus niti debere Magistratum, agnoscimus & monemus: quemadmodum & Philippus ipse l. c. huc applicat illud Aristotelis; *Beatam fore vitam hominum si artifices de artibus judicarent.*

THESIS IV.

SEd nec hæreticos, doctrinæ alienæ & fundamento fidei adversantis auctores aut patronos, coërcere licet Magistratui, aut ejicere è civitate; *juxta Quakeros.*

Nam

Si illos audiamus; non solùm *omnes cædes*, sed etiam *exilia, proscriptiones incarcerationes, cæteraq; id genus, quibus homines affliguntur propter solum conscientiæ exercitium, vel diversam cùm in cultu, tùm in rebus religiosis opinionem, proveniunt à Spiritu Cain, trucidatoris & contraria veritati sunt*: uti BARCLAJUS loquitur thesi ipsa XIV. Intelligit autem conscientiæ exercitium non

ANTITHESIS IV.

LIcet Magistratui Christiano, & convenit, hæreticos, doctrinæ alienæ ac fundamento fidei adversantis auctores aut propagatores, adhibito in consilium Ministeriô, cognitâ causâ; & quando illi informationem meliorem respuunt, vi suâ seculari coërcere, aut è civitate ejicere: *juxta Protestantes.*

Vulgò nota est

Doctrina hæc & praxis Nostratium. Ac videri potest Tractatus peculiaris B. *Thummii* de coërcendis hæreticis. Notanda etiam sunt verba præfationis LIBRI CONCORDIÆ §. Ad condemnationes. p. 20. *fanaticarum opinionum pervicaces doctores in ditionibus* (*Ecclesiis & scholis*) *nostris nequaquam tolerandos judicamus.*

solùm

solùm quoad actus internos privatæ sententiæ, verùm etiam quoad professionem & doctrinam externam & publicam, quod patet ex Apologia adjecta §. VI. p. 329. ubi *Quakerorum* martyria jactat, qui *per regiones circumibant, prædicantes, & veritatem* (scilicet!) *propagantes & annunciantes in foris, plateis & publicis templis,* (qui profectò actus externi & publici erant) *licet propterea quotidiè verberati, flagellati, concussi, carcerati & variis modis afflicti sint:* abutente nimirum Magistratu suâ auctoritate, quam *non habeat in conscientias*, quia *Deus sibi soli reservaverit potestatem puniendi errores* conscientiæ, *ut sibi placet; cùm autem hoc sibi assumit Magistratus, in Dei cathedram eum ascendere* &c. §. II. pag. 316. seqq. sed & *prætensam hanc Magistratûs authoritatem* esse *contrariam & repugnantem naturæ Evangelii.* p. 317. Aliàs autem Magistratibus, in casu exortorum dissidiorum in religione, *consilium Gamalielis* commendat ex *Act.* V, 34. 35. 38. 39. scilicet ut rem omnem intactam relinquant, cogitantes, sponte ruituram, si ex hominibus orta fuerit; frustrà autem impeditum iri, si sit ex Deo. Vid. *Catech.* Cap. XIII. quæstionibus tribus ultimis, p. 119. Conf. ejusdem Rettung der Warh. pag. 35. W. CATON Beschirm. pag. 42. ED. BOURROUGH Verkl. des Geloofs p. 5. 6. FR. HOWGILL Eröffnung / pag. 14. W. SCHEWEN libello brevi vom Gewissen / qui adjectus est alteri vom Glauben und Erfahr. p. 285. seqq. & postscripto sive Nachschrifft p. 295. seqq. Quibus & alii suprà citati consentiunt.

Et hoc illud est,

Quod jam pridem asseruerunt variarum sectarum hæretici, ut sibi suisque securitatem impetrarent. Jam olim DONATISTÆ negârunt, hæreticos auctoritate magistratûs, quanquam pii & fidelis, coërcendos, castigandos vel comprimendos esse. Licet enim ad Constantinum M. ab Episcopis appellassent ipsi; mox tamen, ubi spe suâ exciderunt, damnati ab ipso magistratu politico, cœperunt hanc ejus in sacris potestatem impugnare. Vid. *L. Danæus* ad Aug. de Hæres. Cap. LXIX. p. 320. B. *Balth. Bebelii* Antiqq. Eccl. Sec. IV. Art. XI. §. 124. p. 1266. seq. Qui Donatistarum errores resuscitâsse vulgò feruntur, ANABAPTISTÆ, etiam in hoc puncto idem egisse deprehensi sunt. *Decem* eorum Argumenta, quibus probare nituntur, *neminem propter religionem puniendum* esse, dudum est, quod B. *Wigandus* solvit: & ex eo *C. Schlüsselburgius* Lib. XII. Catal. Hær. p. 638. seqq. qui denique alia quædam illorum à *Philippo Melanchthone* confutata memorat, pag. 655. seqq. cum quibus si Quakerorum illa apud

Barcla-

Barclajum conferas, jam tunc glaciem fractam videbis. Intereà & VAL. WEIGELIUS hæreticos & diversæ religionis symmystas non esse coërcendos & incarcerandos, passim in Postilla sua docuit. Vid. præcipuè P. II. p. 372. Et ex cognata Pseudo-Theosophorum turba Auctor des Sende-Brieffs Quæst. III. p. 115. ubi *sectarios nasutos* (Naseweise Sectirer) appellat eos, qui aliarum sectarum homines in ditionibus suis tolerare nolint. Ejusdem denique farinæ est *Chr. Hoburg*, qui P. I. Post. Myst. p. 396. conqueritur, *canes regiminis* (die Regiments-Hunde) unà cum Ecclesiasticis & Consistorialibus, in se irruisse, ad affligendum & in exilium mittendum ipsum &c.

Observatio I.

Equidem *Barclajus* circa præsentem quæstionem monet; *Longè* à se & suis *abesse, ut cum Libertinis istis sentiant, qui libertatem conscientiæ suæ ad proximorum incommodum vel damnum, vel ad humana societatis ruinam extendere avent.* Si quis enim *sub prætextu conscientiæ quid agat contra moralia illa & perpetua statuta, quæ communiter omnes Christiani confitentur*; in eo *casu authoritate suâ uti Magistratum posse, in quorum numero ii sint, qui sub prætextu conscientiæ dogma ponunt, quod omnes impios occidere & trucidare æquum sit, — & qui omnia in communi habere volunt —* prout de *Anabaptistis Monasteriensibus* refertur. Apol. Th. XIV. §. I. p. 315. 316. Verùm hâc ratione doctrina fidei fundamentalis, more Quakerorum, ad principia luminis naturæ practica; & sic errores fundamentales ad negationem principiorum practicorum aut dogmata his principiis directè opposita, restringuntur. In cæteris, quæ tamen ad praxin fidei fidelibus propriam spectant, licebit cuivis impunè spargere dogmata hæretica & venenata, aut seducere, quantum poterit, numerum civium, Magistratu semper connivente aut quiescente.

Observatio II.

Monet porrò *Barclajus*, se & suos *minimè judicare, quòd in Ecclesia Dei non debeant censura exerceri in eos, qui in errorem prolabuntur, non minùs, quàm erga eos, qui in peccatum cadunt*; *ideoque* se *credere, Ecclesiæ Christianæ licitum esse, si ex membris ejus aliqui in errorem prolabuntur, post debitas admonitiones & instructiones, secundùm ordinem Evangelii, si modò pertinaces remanent, exscindere à societate sua gladiô Spiritûs, & denudare iis privilegiis, quæ habebant tanquam membra corporis Ecclesiastici; sed non*

licere

licere (*abscindere à mundo, gladio temporali, vel*) *spoliare eos communibus istis privilegiis, quatenùs homines sunt, quia istis non fruuntur, quatenùs Christiani, neque sub tali consideratione, sed quatenùs homines sunt & membra creationis.* Itaque Magistratus, nec, ut Magistratus, neque ut Magistratus Christianus est, juxta hanc sententiam aliquid juris habet in hæreticos coërcendos & exterminandos; sed per luminis interni & immediati declarationem in pluribus paucioribusve aut toto cœtu, judicandi erunt atque excommunicandi ex Ecclesia hæretici: manebunt tamen in civitate, & pro lubitu spargent hæreses, quibus alii inficiantur, non impediente Magistratu. Tantò minùs mirum est, quòd una colluvies Anabaptistarum, his adducta præjudiciis, mox in sectas quasi LXX. (quamvis alii *Babylonicam Confusionem* non per omnia distinctè partibilem, appellent) abiisse legitur, dum subinde alii alios gladio Spiritûs (si sanctæ pietati placet) à suo consortio abscinderent, civilibus tamen privilegiis inter se divisi fungerentur.

Observatio III.

Non taxatur à nobis, si diversæ religionis hominibus, sed quietis, nec blasphemis, quibus per certa pacta aut transactiones de securitate cohabitationis cautum est, aut qui aliàs sine concussione noxia Reipublicæ ejici nequeunt, tolerentur in ea. Minimè omnium jubemus, ut dissentientes in religione, sed erroris non convicti, nec rectiùs informati, priventur opibus, honoribus, vitâ &c. sed de limitata Magistratûs Christiani potestate & jure in heterodoxos, informationem respuentes & obstinatos, præsertim seductores, quibus etiam tolerantia non debetur, & quorum eliminationem admittit status Reipublicæ; annon in eos animadvertendum, ipsi coërcendi aut ejiciendi sint? sermo est.

Observatio IV.

Quod diximus in Antithesi nostra, Magistratum consilio Ministrorum Ecclesiæ aut Theologorum uti debere in coërcendis hæreticis, non est ita accipiendum, prout *Barclajus* §. II. p. 317. interpretatur; quasi *Magistratum Ecclesiæ & Clericorum carnificem faciamus*; dum jubeamus eum *punire hæreticos secundùm ecclesiæ censuram & determinationem.* Quamvis enim hæc fortassis adversùs Pontificios dicta sint, nos tamen non feriunt, qui Magistratum Ecclesiæ non ita contradistinguimus, ut non potiùs inter præcipuas ejus partes referamus, & ad cognitionem cau-

ſæ, faciendaque decreta unà cum clero admittimus, imò poſcimus, non autem ad executionem ſententiæ aliorum tantùm requirimus.

THESIS V.

Supplicia capitalia quantumvis atrociter delinquentibus inferre, nec incumbit, nec licet Magiſtratui Chriſtiano, *per Quakeros.*

Nempè

Juxta hos, decet, *Chriſtianos quaſi agnos eſſe*; *non* autem *eſt agni natura, alias creaturas devorare*: juxta *Barclajum* §. II. p. 317. Neque enim hæc tantùm privatis dicta ſunt: Sed vi contextûs ad Magiſtratum æquè aut magis ſpectant. Equidem in explicatione dicti *Rom.* XIII, 5. de Magiſtratu, *gladium portante*, tanquam *miniſtro Dei, vindice in iram ei, qui malum agit*; verba de *malis moralibus* intelligenda eſſe, concedit, *quæ inter hominem & hominem interſunt*, negat autem, *de rebus ad cultum & doctrinam pertinentibus* intelligenda; p. 320. 321. attamen ne tunc quidem diſertè docet, Magiſtratum Chriſtianum gladiô tanquam medio aut inſtrumento uti poſſe ad tollendos è vita maleficos; ſed hinc abſilit, ac dubitandum relinquit, annon gladii voce pro pœna qualicunque, utatur? Certè in Apol. ad Theſ. XV. pag. 369. ſimpliciter affirmat, *uſum armorum ſub Evangelio eſſe illicitum*; *mandatum Domini* eſſe: *diligite inimicos*, cui repugnet, ſi eos *occidamus*; *in regno Chriſti* autem *debere omnes, à ſummo usque ad infimum,*

ANTITHESIS V.

Supplicia capitalia facinoroſis inferre, non tantùm licet Magiſtratui, ſed & incumbit: *juxta Proteſtantes.*

Sic enim

In ipſa AUGUSTANA CONFESS. Artic. XVI. pag. m. 14. docent, quod *Chriſtianis* ita *liceat gerere Magiſtratus*, ut etiam illorum ſit, *ſupplicia jure conſtituere.* Additur condemnatio *Anabaptiſtarum*, *qui interdicunt hæc civilia officia Chriſtianis.* Confer APOLOG. p. 215. 216. ubi excluditur quæſtio: *an Evangelium prohibeat vindictam, publicam* ſcilicet, *quæ fit ex officio Magiſtratûs*, inter cujus *ſpecies* ſunt *ſupplicia?* Sed & FORMULA CONCORDIÆ Artic. XII. p. 624. inter *errores Anabaptiſtarum, qui in Politia ſunt intolerabiles*, num. V. hunc refert & damnat; *Quòd Magiſtratus ſub N. T. bonâ conſcientiâ homines facinoroſos capitali ſupplicio afficere non poſſit.* Add. SOLID. DECLAR. p. 827. num. XII.

id est à Rege & Cæsare usque ad rusticum, ejus legibus se submittere. Et licet hæc ad quæstionem de Bello directè pertineant, de quâ mox agemus; adeò tamen generalia sunt, ut ad hanc, quæ est de suppliciis capitalibus, æquè pertineant. In *Catechismo* Barclaji, ubi satis causæ, imò locus congruus erat, profiteri jus Magistratûs circa supplicia capitalia, si illud crederent Quakeri, nihil tamen apparet usquam. Sed nec in reliquorum scriptis de licentia pœnarum capitalium, aut in vitam delinquentis irrogandarum, hactenùs nobis aliquid occurrit.

Nimirum

Ita etiam antecessores ipsorum, ANABAPTISTÆ & WEIGELIANI, cumque illis SOCINIANI, & quidam ARMINIANI, jus illud Magistratûs circa supplicia capitalia in controversiam vocarunt, tanquam in N. T. sublatum. De *Anabaptistis* vid. Colloquium Harlemense Artic. XXXVII. Argumenta eorum adversùs gladii usum ad puniendos eô facinorosos, confutata sunt à *J. Wigando*, & juxta eum à *C. Schlüsselb.* Catal. Hær. L. XII. p. 622. seqq. Weigelius in Postilla sua passim invehitur in morem puniendi facinorosos capitali suppliciô, tanquam *gentilem, Christianis indignum*; gravissimè simul hallucinatus, quòd *Justinianum* Imperatorem, *processûs* illius statorem, *Ethnicis* annumerat. Vid. Post. P. II. p. 140. 141. 149. 150. 151. 169. 175. 193. 330. 331. P. III. p. 48. *Socinus* contra Palæologum P. II. cap. XXVI. fol. 234. Tom. II. Opp. p. 73. Cujus, & sociorum, *Smalzii, Ostorodi, Volkelii*, verba allegata habentur in Collegio Anti-Sociniano B. *Scherzeri* p. 1053. seqq. De *Arminianis* vide Responsionem ad specimina Leidensium Part. II. Specim. XIV.

Observatio.

Videtur Barclajus, juxta Analogiam eorum, quæ de Bello disputat, Apol. p. 370. & nos jam statim considerabimus, in præsenti quoque negotio supplicia capitalia facinorosorum, quæ à Magistratu Christiani nominis professione ornato, sed nondum planè illuminato infliguntur, non omninò improbare; id tamen nihilominùs asserere, quòd Magistratus lumine interno ad pleniorem perfectionem perductus, à suppliciis illis abstinere debeat, neque quidquam ejusmodi sit admissurus.

Thesis VI.	Antithesis VI.
Bella gerere, similiter in universum interdictum est Christianis Magistratibus; *juxta Quakeros.*	Bellum in casu necessitatis gerere, non interdictum Christianis Magistratibus; *secundùm Protestantes.*
Ita sanè	**Sic iterum**
Barclajus Apol. Thes. XV. §. II. pag. 334. propositione *sexta* statuit, *Quòd Christianis minimè liceat malo resistere, nec bellum gerere, aut in ullo casu pugnare.* Et §. III. p. 340. scribit: *Reverà optandum esset, inter Christianos nulla bella esse, & quotquot pugnant, non verè Christianos esse eos, patet.* Ad probandam au-	Augustana Confessio articulo XVI. p. m. 14. docet, *quod Christianis liceat gerere Magistratus,* ita, ut etiam liceat *jure bellare,* aut *jure bella gerere,* uti Apologia enunciat pag. 215. ubi etiam post paulò inter *species vindictæ publicæ, quod sit ex officio Magistratus.*

tem propositionem accedit §. XIII. p. 362. ubi bellum vocat *malum adeò alienum & contrarium Spiritui & doctrinæ Christi, ceu lumen tenebris.* Ne autem tantùm videatur subditis interdicere, ne stipendia mereantur, aut militiam ingrediantur, expressè de Magistratu p. 369. scribit: *Magistratus si reverà Christianus est, aut esse cupit, debet ipsemet priùs mandato Domini sui, Diligite Inimicos, &c. obtemperare; & tunc non poterit nobis præcipere, ut eos occidamus.* Eadem autem sententia est Sociorum apud Isaacum Pennington Weg des Levens p. 59. subscribentibus William Ames, John Whithehead, James Naylor, Samuel Fisher, George Whithhead, John Copeland, Henry Fel. Confer G. Fox Beschirm. pag. 18.

Fuit & hæc

Anabaptistarum sententia. Licet enim primi eorum, gladio abusi, bellum Principibus inferre non dubitaverint, non solùm tamen jam tunc perhibuerunt, viam modò se regno Christi aperire, quo erecto bella omnia sint finienda; sed & post eam ætatem alii, quasi cum prioribus nihil commercii habere volentes, bella prorsus à Christianis aliena esse debere, docuerunt: Qualia collocutores *Franckenthalenses* Act. X. n. 1. p. 211. Act. XIX. n. 14. p. 388. Act. XXIV. n. 22. p. 503. denique Act. XXVI.

XXVI. n. 5. p. 535. interprete *Rauffio* de se professi fuerunt. Prodiit etiam Anno 1580. Middelburgi Seelandiæ Request oder Supplicatio, der Widertäufferen/ darinn sie beweisen wollend/ daß das Krieg-führen streite wider GOtt &c. Secutus est VAL. WEIGELIUS P. I. Post. pag. 14. 15. P. II. p. 329. inprimis autem libellô peculiari vom Kriegs-Muster/ eousque progressus, ut ne quidem contra Turcas bellum gerere licere concederet. Denique CHR. HOBURGIUS im Spiegel. p. 35. 39. 67. 80. 632. 633. 661. 744. *Bella* indiscriminatim *à Christo prohibita*, *Antichristianam* autem *doctrinam* esse, docet, *quod in regno Christi bellum gerere liceat: eos qui bellum gerunt, non esse pro Christianis habendos*; &c.

Observatio I.

Fatetur *Barclajus*, *defensionem esse juris naturalis*. §. XV. p. 366. sed quando additur, *Religionem non destruere naturam*: respondet; *exaltari* tamen *planè & perfici* hanc per illam, quando homines se *in fide & patientia Deo commendent*, Confer p. 370. Putat ergò, prohiberi bella defensiva Christianis, quatenùs impediunt progressum ad perfectionem Evangelicam, à Christo commendatum & injunctum.

Observatio II.

Barclajus, ne videretur Reges ac Magistratus omnes belligerantes, ipsumque *Carolum II.* Magnæ Britanniæ Regem, cui Apologiam suam inscripserat, excludere è consortio Christianorum; pag. 370. hæc verba apponit: *Quod attinet ad præsentes Christiani orbis Magistratus, licèt propter publicam, quam profitentur, Christi nominis professionem, Christianorum titulum omninò iis non negamus; confidenter tamen affirmare possumus, quod à perfectione religionis Christianæ longè absint; & quoniam in statu, quô sunt, puram Evangelii dispositionem non attigerunt, ideoque dum in eo statu versantur, bellum illis justis de causis susceptum, omninò illicitum esse non dicimus. Sicut enim circumcisio aliæque cæremoniæ Judæis ad tempus permissa fuerunt, non quòd vel necessaria vel illo tempore post resurrectionem Christi per se licita fuerint, sed quoniam in illis nondum resurrexerat ille Spiritus, quo à talibus rudimentis liberarentur: ita illi Christiani nominis confessores, qui adhuc in mixtura sunt, & nondum ad purum, patientem & tolerantem spiritum venerunt, nondum parati sunt ad hanc Christianitatis formam, & sic NB. non possunt se non tueri, donec ad perfectionem veniant:*

Hh 3 simi-

similiter quos huc Christus adduxit, iis non licet carnalibus armis se tueri, sed in Deum per omnia confidere. Itaque hactenùs Magistratus Christianos bella gerentes excusat, tanquam *in mixtura* fermenti boni & mali constitutos. Cùm autem fermentum bonum prævaluerit, & oppositum sterilescere fecerit, à bellis abstinendum prorsùs esse contendit, quales & quanticunque hostes, sive intra Rempublicam, sive extra eam sese opponant; Deoque confidendum, qui fortasse miraculo defensurus sit eos, qui à defensione sui, quæ tamen juris naturæ est, per abnegationem sui abstinent.

THESIS VII.

Subditis Christianis non solùm per conscientiam non licet militare, jubente Magistratu, sed neque sumtus, postulante Magistratu, conferre ad bellum, aut pro successu ejus felici preces jungere: *juxta Quakeros*.

Nempè

In materiam laudis propriæ, aut gloriationis, velut martyrii, refert *Barclajus passiones* suorum, *propterea* exantlatas, *quod nec ipsimet arma tractare, nec alios* suâ *vice mittere* voluerint, *nec nummos* suos *exponere* ad *comparanda tympana, vexilla & reliquam supellectilem bellicam*; *denique quòd domos, fenestras & officinas* suas sibi *per conscientiam non licuerit obserare, & obseratas tenere in diebus supplicationum & jejuniorum, quæ instituta erant ad imploratam benedictionem & progressum armorum illius Regni aut Reipublicæ, sub qua vivebant, neque gratias agere pro victoriis multo sanguine utrinque acquisitis.*

ANTITHESIS VII.

Subditis Christianis, *juxta doctrinam Protestantium*, militare licet per conscientiam; tantòque magis, postulante Magistratu conferre sumtus ad bellum, & pro successu ejus felici ad Deum orare.

Ita

In AUGUSTANA CONFESSIONE Artic. XVI. docetur, licere *militare*, seu militem agere; uti Magistratui licet bellare: & damnantur Anabaptistæ, qui inter cætera officia hoc quoque interdicunt Christianis. Quod etiam repetitur in APOL. p. 215.

Præiverunt

ANABAPTISTÆ, qui in Colloquio *Embdano* A. 1571. professi fuerunt,

Christia-

Christianum non posse jussu Magistratûs cum armis ad vigilias seu excubias agendas in civitate procedere. Refert *Schlüsselb.* Catal. Hær. L. XII. p. 215. Sed & *Solida Declar.* F. C. memorat ac damnat errorem illum Anabaptistarum Act. XII. Sect. II. n. XIV. p. 827. *Hominem pium, sanâ conscientiâ non posse — arma conficere.* WEIGELIUS quoque taxat eos, qui in bellum Turcicum proficiscuntur, tanquam repugnantes naturæ Christianismi. Da läufft Jung und Alt vor den Türcken / ja wohl vor andere Fürsten / und vermeinet / man sey in einem gar guten Stande. Aber würde Christus erkennet / der Friede-Fürste / so solle man inne werden / wie ungebührlich die Schrifft ausgelegt sey von den Kriegen: scribit P. I. Postill. p. 184. ubi etiam argumenta his, quæ Barclajus affert, conformia legi possunt. Denique HOHBURGII dicta ad Th. praeced. citata, non solùm Magistratibus bella gerentibus; sed & subditis militantibus opposita æquè videmus.

Observatio.

Neque hîc de abusu militiæ, & vitiis militum vulgò inveniendis & inexcusabilibus, sermo est, sed de Statu & functione ipsa, quæque per se cum illo atque hac conjunguntur. Neque aliter intelligendus est Barclajus, licet obiter verba ejus hîc citata legentibus videri posfit, de bello intestino tantum loqui, in quo multum tunc temporis iniquitatis ab utraque pugnantium parte deprehensum fuerit. Totus enim contextus indicat, id agere Barclajum, ut ab armorum usu prorsùs arceat Christianos. Unde mox adversùs illos calamum stringit, qui cùm una *cum* Quakeris demonstrent, veris Christianis *usum hujusmodi armorum non esse licitum, contortis oculis* eos *adspiciant.* Quos spectet, distinctè non exprimit: & ad præsens parum refert, sive Mennitas, sive alios quoslibet intelligat. Quærit autem, & *judicio omnium prudentum hominum relinquit, quinam ex* utrisque *fideliter observent hoc testimonium adversùs arma? an illi, quando statutis temporibus ad mandatum magistratûs officinas obserandi & pro prosperitate armorum ejusdem orandi, vel Deo gratias agendi pro hac vel illa reportata victoria, suas officinas obserant & in suas congregationes conveniunt, quô pacto in omnibus iis, qui pugnas & certamina approbant, similes se faciant? an verò* Quakeri, *qui hac eadem conscientiæ causa præstare non possint, ne operibus suis destruant, quæ verbis suis extruxerunt?* Ex quibus patet, ipsum penitùs armorum usum in universum impu-

impugnare, & ne vel indirectè quicquam conferant subditi Christiani; pertinaciter jubere.

THESIS IIX.

CHristiani, postulante quantumvis Magistratu, juramentum nullum, sive fidelitatis, quod homagium vocant, sive testimonii in judicio, sive purgatorium, sive promissorium rei certæ à se præstandæ aut cavendæ, præstare possunt; *juxta Quakeros*.

Credunt enim & docent,

Quòd *non liceat omninò jurare sub Evangelio, non solùm non vanè vel in communi locutione, quod etiam sub lege Mosaica prohibitum erat, sed etiam nec in judicio coram Magistratu*; referente *Barclejo* Apol. Thes. XV. §. II. proposit. V. pag. 334. Qui deinde §. X. XI. XII. pag. 352. seqq. prolixè probat *generalem prohibitionem* juramentorum, *ab omni*

ANTITHESIS IIX.

POssunt Christiani, præsertim postulante Magistratu, juramentum sine peccato præstare, sive homagii, sive testimonii, sive purgatorium, sive promissorium; *juxta Protestantes*.

Nempè si fiat

In negotio serio & gravi, secundùm conscientiam, animoque candido, & præmeditato. In ipsâ Aug. CONFESS. Art. XVI. profitemur, *quod liceat Christianis, jusjurandum postulantibus Magistratibus dare. Et damnamus* eos, qui *hæc civilia officia interdicunt Christianis*. Conf. Apol. pag. 215.

exceptione liberam. Confer Ejusdem *Catech*. Cap. XII. Q. XXI. p. 105. 106. & adjecta Confess. Fid. Artic. XXI. p. 154. Similia videre licet in libello. Unterweisung des Wegs zum Königreich. p. 5. 8. W. CATON Beschirm. pag. 7. n. 12. & pag. 43. Schall der Warh. pag. 11. G. FOX Beschirm. p. 13. 14.

Etiam hic

Premunt Quakeri vestigia ANABAPTISTARUM: qui & ipsi in Colloquio Franckenthalensi *juramenta sine exceptione* (ohne Erlaubniß) *à Christo* prohibita fuisse asseverarunt. ad Art. V. Actione XX. n. 23. seqq. p. 413. seqq. Talia etiam occurrunt in Colloquio *Embdano* & alibi. *Weigelius* & sequaces, licet juramentum religionis ferre recusarent, non tamen æquè juramen-

uramenta quælibet improbasse leguntur. *Hebburgii* autem temeraria juramenta videsis collecta à Theologis *Lub. Hamb. & Luneb.* P. III. *Lehr und Schutz-Schrifft* / p. 44. 89. 420. 547.

Observatio.

Barclajus ipse videri potest jurasse, quando in Conclusione Apologiæ suæ pag. 372. querelam orditur de *calumniis*, quibus Quakeri petantur, v. g. quasi *negligant externam Christianitatis partem*; *quod*, ait, *Deus ordium scrutator novit esse horrendum mendacium*. Quamvis enim forsitan dixerit, hæc à se non animo jurandi, sed *enunciative* tantùm esse dicta, & tantùm significare, ea, quæ scripsit, à Deo omnia sciri, cujus scientiæ & judicio veritatem committat, quâ ratione etiam ex nostris sunt, qui formulas illas hoc sensu non esse juramenta, docent: Attamen nec negandum est, rectè simul judicari, verba ejusmodi, quando coram judice legitimo proferuntur, aut saltem apud eos, qui formulas ejusmodi pro jurejurando accipiunt, habere vim juramenti. Barclajus autem hæc in conspectu Ecclesiæ, & in Apologia ad Regem, protulerat; & apud Germanos alia pro juramento accipi, pridem observatum est à Moralium Doctoribus. Videat ergò, quomodo juramenta damnet in aliis & in universum.

Thesis IX.

IN jus vocare alterum, qui damnum dedit, aut injuriam intulit, nefas est, *juxta Quakeros*; injuria autem potiùs toleranda.

Sic

W. Caton Onders. pag. 14. 15. de populo Quakerorum: *Dat sy niet met de Wet willen gaen, met die gene die haer verongelyken*: quòd nolint in jus descendere cum illis, qui malum ipsis intulerunt. *Barclajus* in Catechismo suo pariter atque Apologia, de his silet: nisi quòd poste-

Antithesis IX.

JUxta *Protestantes*, licitum est Christianis, eum, qui damnum dedit, aut injuriam intulit, vocare in jus, & auxilium Magistratus implorare.

Quamvis enim

Temerè litigantes, & qui vel in levi causâ, vel injustè & falsò, vel iracundè & ad contumeliam, animoque vindictæ cupido, alios in forum trahunt, aut spretis conditionibus æquis, fatigant & vexant, graviter peccare agnoscant Nostri, ideòque severè reprehendant; aliter tamen

riore

riore loco pag. 361.363. verba *Matth.* V, 38. seqq. ad finem, sic urget, ut, licet speciatim & inprimis ea bellandi licentiæ opponat, generaliter tamen simul omnes actus, quibus malo resistitur, etiamsi per viam juris fiant, *æternâ & immutabili lege* prohibitos esse contendat. de his judicant, qui in causa gravi & justa, secundum veritatem, animo non personæ sed causæ adversæ, servandæ aut sarciendæ honestæ famæ, tuendæ familiæ, opum necessariarum causâ, cùm aliter non possunt, hominem alioqui morosum & minùs flexilem, in jus vocant. Uti enim Magistratibus Christianis licitum esse *judicia exercere, & judicare res ex Imperatoriis aut aliis præsentibus legibus*, Art. XVI. Aug. Conf. profitentur: subditis autem etiam *proprium tenere* concedunt, ibid. ita, ut teneat quisque, quod suum est, aut iniquè detinentem compellere possit, ad præstandum seu tribuendum; licere etiam *implorare Magistratum*, ac processu forensi, legibus sancitô, adversùs eum agere, & jus suum prosequi, docent. *Anabaptistas* autem hoc negantes damnant. Form. Conc. art. XII. p. 624. & Sol. Decl. p. 827.

Ea verò etiam

Anabaptistarum vetus sententia fuit, *quòd subditi potestatem illam, quam magistratus à Deo accepit, ad defensionem implorare non possint*: observantibus Nostratibus in *F. C.* artic. XII. Sect. II. de err. Anab. num. III. p. 624. aut, uti *Solida Decl.* p. 827. n. 10. refert; *neminem subditorum implorare opem magistratûs debere.* Fuit etiam sententia Val. Weigelii, & constat ex P. I. Postill. pag. 65. Christus lehret / man soll nicht rechten für dem Gerichte / man soll ehe den Mantel zum Rock hin lassen; So sagen die Weltgelehrten / es schade dem Christlichen Glauben nichts / ob man gleich das seinige mit Recht vertheidige und erhalte. Adde pag. 203. Fuit denique Chr. Hohburgii im Spiegel pag. 93. 94. ubi *processus* forenses indiscriminatim *ethnicos* esse, *diaboli nomine* geri, & Advocatos *non* pro *Christianis*, sed *feris & barbaris gentilibus*, habendos esse pronunciat. conf. p. 350. 355. & Præservatif p. 96. 178. Theol. Mystic. P. I. Cap. X. p. 101. 107. 108.

Observatio.

Equidem Quakeri, in forum vocati, coram judice comparent, suique defensionem in se suscipere non dubitant: quod neque *Caton* l. c. diffitetur. Sed facile patet, inde hoc fieri, quòd nec Magistratus contemtores

tores videri; neque proprietatem bonorum prorsus tollere, aut res suas temerè deserere, aut aliis quoquomodo subjici volunt. Quòd autem accusare alios apud Judicem nolunt, non tàm causa est, quòd partes Actoris difficiliores, quàm Rei, esse intelligunt, quàm quòd injurias pati, non jus suum forensi actione repetere, Christianum esse putant. Nam & vocatos in jus, processûs legitimi formam sustinere, & quæ in favorem reorum constituta sunt, sibi poscere, non deprehendimus. Quòd autem Quakeri omnes cum *Catone* suo ejusdem sint sententiæ, non asserimus.

Thesis X.

Honorem Magistratibus exhibere per signa externa, partim titulos, ab ipsis officiorum nominibus distinctos; partim gestus incurvandi corporis, vel aperiendi capitis, nefas est *apud Quakeros*.

Ita

Barclajus cùm in Thesi X. generaliter taxâsset *stultas & superstitiosas formalitates, malò usu in nimis multis gentibus inveteratas*; in Apologia adjecta §. II. num. I. huc refert *titulos istos*, quos *blanditiosos* vocat: *Majestas vestra, Eminentia vestra, Excellentia vestra, Gratia vestra, Dominatio vestra*, &c. quibus *uti non liceat*. Et mox §. III. pag. 336. *minimè licere*, ait, *Christianis vel dare vel recipere illos honoris titulos, quia illi tituli non sint ulla pars istius obedientiæ, quam Magistratibus*

Antithesis X.

Magistratum non tantùm nominibus officium ipsum designantibus compellare, sed & aliis consuetis titulis, &, more gentis, incurvato corpore aut aperto capite, aut utroque modo, aliove, honorare, non tantùm licitum est, sed decet Christianos: *judiciô Protestantium*.

Sic enim

Ipsam Præfationem Aug. Confess. ad Carolum V. Cæsarem ordiuntur: *Invictissime Imperator, Cæsar Auguste, Domine clementissime. Cùm vestra Cæsarea Majestas indixerit conventum Imperii &c.* atque ita deinde *viginti vicibus* repetunt titulum *Majestatis Cæsareæ*. Confer subscriptionem p. m. 45. 46. Apol. p. 47. 48. 161. 185. & alibi. B. Gerhardus L. de Mag. Polit. §. 471. ubi de officiis subditorum erga Magistratum agit, ad honorem & reverentiam ei debitam, num. 3. & 4.

debemus, neque dando illos iis, aliquid realiter addatur isti subjectioni, quæ iis debita est, quæ stat in obediendo jussis eorum & licitis mandatis, non in titulis & designationibus. Similia legi possunt apud Is. PENNINGTON Weg des Levens. pag. 52. & STEV. CRISP Triumph. p. 23. 28.

refert *honorificam compellationem, & coram eo inclinationem, ut honorem, quem interius in corde Magistratui exhibemus, etiam verbis & gestibus exterioribus manifestum faciamus.* p. m. 1284.

Detectionem capitis, corporisque deflexiones non solùm in thesi sua carpit Barclajus, & Apol. §. II. n. 2. quòd *non liceat Christianis geniculari, vel prosternere se ad homines, eisque corpus deflectere, aut caput aperire.* p. 334. Sed & prolixiùs eam honoris partem impugnat, quasi ita Deus *spolietur gloriâ sua* sibi soli debitâ. §. VI. p. 343. seqq. idemque facit in Rettung der Warh. p. 23. Ac nota est vulgò illorum consuetudo. Inter Scriptores hîc jungi possunt W. CATON Allarm p. 14. Onderf. p. 12. 13. 18. 22. Beschirm. p. 8. num. 22. p. 28. 29. 44. Schall der Warh. p. 13. W. AMES contra Lassen. C. I. p. 1. & Append. ad Catonis Allarm p. 25. ubi hunc dicit esse *characterem bestiæ.* T. L. B. Send-Brieff p. 12. 14.

Ex antiquioribus

Fortasse adduci poterant, qui, cùm Magistratum ferre nollent, in contumeliam ejus non obscurè conversi fuerunt. Qui autem, Magistratum agnoscentes, signa tamen honoris, more gentis recepta, denegaverint, ante Quakeros, nullos novimus. *Anabaptistæ* profectò illi, qui colloquio Franckenthalensi interfuerunt, ipsi quoque usi leguntur titulis consuetis, Ihr Chur-Fürstl. Gnaden/ Protoc. p. 8. ubi *Dieboldi* primus sermo habetur, & mox pag. 11. *Büchelius* Electorem ipsum præsentem sic allocutus fertur: Durchlauchtigster Hochgebohrner Chur-Fürst/ Gnädigster Herr. Similiter sub finem Colloquii, p. 795. num. 129. *Rauschius* suo & suorum nomine communi gratias agit *Electori clementissimo, & gratia Electorali*, Seiner Chur-Fürstl. Gnaden/ se suosque excusat, ne pro contumacia habeatur, quòd assentiri in omnibus non potuerint. *Weigelius* autem, *Felgenhauerus* & cæteri, plus rusticitatis de se ostenderunt, ita ignominiosi in Magistratus, ut populi vitiis parcerent, superiores tantò acriùs reprehenderent: quod observarunt Theologi *Lub. Hamb. & Luneb.* im Ausf. Bericht. §. 1004. seqq. p. 605. seqq. *Hobburgius* honorum titulis Academicis ita infestus est, ut nomina honoris in genere à Christianis usur-

usurpanda esse neget. Vid. Spiegel p. 20. 158. 720. Magistratum autem ut *mundanum* & *Antichristianum*, imò *bestiam Apocalypticam*, convitiatur, pag. 13. tantum abest, ut titulis honorum ornandos putet.

Observatio I.

Primi quidem Quakeri, ne quidem officii Regii nomen approbâsse leguntur. Certè *Carolum II.* magnæ Britanniæ tunc Regem, libellum supplicem ei oblaturi, tectis capitibus sic allocuti dicuntur: *Tune es ille homo, quem Anglia, Scotia, Hibernia Regem vocant?* Testatur B. *Lassenius* Lib. de Quakeris Cap. I. p. 12. & addit pag. 13. quòd, cùm Rex illis securitatem petentibus eam promisisset, si quidem tranquilli futuri essent; dixerint ad Regem: *Rectè respondisti.* Sed *Will. Ames* in scripto, quod Lasseniano libello opposuit, ad Electorem Brandenburgicum præfatus, Electoralis quidem dignitatis, uti familiæ, nomen expressit, titulos autem consuetos non item. Hæc enim sunt præfationis primordia: An den weit-berühmten FRIDERICH WILHELM, Marckgrafen zu Branden-burg/ Chur-Fürsten des Römischen Reichs. Freundt: Ob ich mich schon solcher heuchlischen Titeln gegen Dir nicht gebrauche/ als gemeiniglich gegeben werden von denen/ die die Freundschafft dieser Welt suchen/ und heucheln um ihres eignen Vortheils willen; dennoch ist mein Wunsch/ daß Wohlfarth und Glückseligkeit Dir möge beständig werden. Subscriptio hæc legitur: Von deinem warhafften Freunde/ der Dir wünschet ewigen Frieden und Glückseligkeit/ durch JEsum Christum unsern HErrn/ *William Ames*, Engeländer/ von der Welt ein Quaker genannt. *Barclajus* Apologiam suam *Carolo secundo, Magnæ Britanniæ Regnorumque ad eam pertinentium Regi*, non, ut ab aliis tantùm dicto, sed verè tali, inscripsit; attamen & ipse ita finit epistolam: *Sic exoptat, sic exorat ille, qui fidelis tibi amicus & subditus est R. B.* Nimirùm, ut in Apol. Thes. XV. §. II. p. 334. scribit; *non vult quemvis existimare, quasi petat abolere mutuam relationem, quæ est inter Principem & populum*: illam enim relationem *magis* à se *confirmari, quàm destrui*: titulos autem illos, qui non ipsum officium exprimunt, *blanditiosos* esse, dicit p. 334. quos *homo in statu degenerato ad fovendum superbiam, in vana hujus seculi pompa* sit *commentus*. p. 332. Ubi quæri poterat; annon talis etiam, ex hypothesi, censendus foret memoratus ille Amesii, quo Electorem Brandenb. prosecutus est, den weitberühmten appellans. Neque

 enim

enim, quòd titulus reverà ei convenerit, objici potest: quando & in aliis honorum titulis id fieri potest & fit, quos tamen Quakeri carpunt, tanquam blanditias seculi. Sed hæc transeant.

Observatio II.

Voces adulatorias & immodica praeconia cavenda esse Christianis, non autem Magistratui exhibenda, etiam Nostri docent. Vid. *Gerb.* L. de Mag. Pol. §. 471. p. 1284.

Thesis XI.

TAntò magis illicitum est *Quakeris*, honorum titulos & signa reliqua per detectionem capitis aut corporis aliquam deflexionem, aliis, qui Magistratus non sunt, exhibere, aut ab aliis acceptare; aut ex ratione generis vel prosapiæ prærogativam nobilitatis agnoscere; imò nec plurali (*vos*) sed singulari tantùm numerò (*tu*) singuli singulos rectè compellant.

Nam

Et *Barclaji* verba ita sunt generalia, quemadmodum ipsa argumenta, ut in universum interdicant Christianis ejusmodi *formalitatibus superfluis*, quas vocat p. 332. & tales sunt sociorum ad thesin præcedentem allegatorum discursus omnes. Hic tantùm addimus, quæ in Catechismo Quakerorum, à Barclajo consignato, habentur Cap. XII. q. 23. 24. p. 106. 107. *Possuntne Christi-*

Antithesis XI.

SEd & honorum titulos & significationes per gestus, aperiendi caput, aut flectendi modicè corpus, aliis in conversatione civili exhibere, aut ab illis acceptare; generis etiam nobilitate ejusque juribus uti, nec tantùm singulari, sed & plurali numerò singulos ex recepta consuetudine compellare, licet; *juxta Protestantes*.

Videantur

Quæ Theologi LUB. HAMB. & LUNEB. scripserunt in Quaker-Greuel de signis honorum, per salutationes & apertionem capitis, rectè exhibendis & acceptandis. Cap. VII. p. 262. seqq. Cap. IIX. p. 289. seqq. Cap. X. p. 378. seqq. Neque enim illa omnia præcisè ad Ministros Ecclesiæ aut Magistratum, sed ad alios etiam in dignitate constitutos suò modò honorandos spectant; & Qua-

ani

rani aut fideles carnalem aut mundanum honorem alter ab altero acceptare? Neg. velut ex loco *Job. V, 44. quomodo potestis credere, qui honorem alii ab aliis accipitis?* &c. Et: *Permisit ne Deus, ut alii aliis blanditiosos titulos tribuant?* Neg. velut ex *Hiobi XXXII, 21. 22. Ego nullius personam respiciam, & homini non attribuam cognomen, nec si paululum utar, tollat me, qui me fecit:* quasi kerorum objectionibus ibi fit satis. Nec male huc applicantur verba Aug. Conf. art. XVI. *Evangelium non dissipat Politiam.* Et quod in Apol. p. 217. monent nostri, suo *doctrina genere muniri* non tantum *autoritatem magistratuum*, sed & *dignitatem omnium ordinationum civilium*, exclusa *hypocrisi humilitatis.* &c.

videlicet sermo sit de civili sermone & significatione honoris, quoad differentias graduum dignitatis hominum inter sese. Nobilitatem generis autem satis apertè explodit, quando ad quæstionem XII. *quid Scriptura dicit de respectu personarum inter Christianos?* responsione ex *Jacobi II, 1. ad 10.* petita, dum ad q. XIII. transit, hæc prioribus subjungit: Diß ist wol eine Bestraffung ob dem Unterscheid / welchen die Christen machen / dadurch sie den Reichen oder so genannten Edelgebohrnen über andere erheben. p. 98. 99. De *utendo* autem *singulari numero ad singulares*, videatur *Apol.* Thes. XV. §. V. p. 341. & *Catech.* Cap. XII. q. 25. p. 107. ubi *formam sanorum* sermonum in his consistere, & qui contradicit, mente corruptum esse contendit, ex I. *Tim.* VI, 3. 4. Ep. II. c. I, 13.

Ante illos

Vix occurrunt, quoad eundem errorem nominandi, nisi qui paritatem aut æqualitatem hominum, cum ipsa communione bonorum, introducere cupiverunt. Ex *Anabaptistis* tamen modestiores illi in *Colloquio Franckenth.* non tantum Electorem, ut ante diximus, sed etiam ministros ejus, honorum titulis tunc receptis dignati fuerunt. Und begehren derhalben auch jetzt von E. C. und W. dicit *Raussius* p. 795. num. 129. Conf. Action. XXIIX. p. 579. n. 29. p. 580. n. 31. p. 583. n. 44. Act. XXIX. p. 596. ubi virum Nobilem, *Ottonem ab Hövel*, toties consueto titulo, Juncker / honorant *Rannich* & *Simmerer*, Anabaptistæ.

Observa-

Obſervatio.

Exceſſum & vanitatem in affectandis & exhibendis titulis inter Chriſtianos invaluiſſe, non negamus: Simul, cum B. *Danhauero* Coll. Decal. Diſp. X. pag. 597. *Titulomaniam*, tanquam *Satanicum, Idololatricum, & abominabile ſeu exitiale vitium*, Chriſtianis fugiendum eſſe judicamus. Cum B. *Balduino* autem Comm. in Ep. ad Philipp. Cap. I. verſ. 1. p. m. 957. monemus, *titulis honorum utendum eſſe, non oſtentationis, ſed auctoritatis gratia — quæ ratio ubi ceſſat, titulorum quoque uſum ceſſare poſſe.* Sed Quakeri profectò longiùs abeunt, ea quoque, quæ boni ordinis causâ in uſu ſunt, reprehendentes atque eliminantes. Quanquam enim *Barclajus* in Animad. ad Exerc. Nic. Arn. p. 6. ſcribit; *Homines univerſos ſuis claſſibus & gradibus diſtinctos honoramus*: ſigna tamen honoris, quæ ad auctoritatem faciunt, nihilominùs ſpernunt. Et fortaſſe de Barclajo etiam dicere licebit, quod *Grammondus* de Eſpernonio: *Per ſpretos in ſpeciem honores honoris apicem* quærit.

Thesis XII.

IN veſtitu nihil ultra neceſſitatem & uſum, ornatûs causâ, geſtare conceſſum eſt Chriſtianis; *juxta Quakeros.*

Antithesis XII.

VEſtitu, non tantùm ad neceſſitatem & uſum, ex parte corporis; ſed & ornatûs causâ, pro conditione perſonæ, temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum uti licet Chriſtianis; *juxta Proteſtantes.*

Sic

Inter propoſitiones illas, quibus *ſingularia quædam, quæ omnes adverſarii* Quakerorum *legitima eſſe contendant, ipſi verò ſibi minimè licere repererint, & quæ Domini juſſu deponere ſibi neceſſe fuerit*, taxant, num. III. p. 334. hæc legitur: *Quòd non liceat Chriſtianis, in amictu aut veſtibus, rebus ſuperfluis uti, quæ nullum*

Nempe

Ornatus quoque in veſtibus Deo non per omnia adverſus eſt, modò vitetur ſuperfluitas (ipſius ornatûs) *& ſtulta κακοζηλία exterorum populorum, obſervetur cujusque conditio & vitæ genus, quod Deus etiam diverſitate diſtinctum eſſe voluit*: ſcribit B. Balduinus L. IV. C. I. de Caſ. Conſc. Caſ. VI. p. m. 648. Confer *uſum*

usum habent, *nisi ornamenti causa.* Addit equidem, *& vanitatis* causa: sed ipsi omne ornamentum in amictu, cujus usus non apparet, vanitatis nomine censetur. Ita enim seq. §. VII. p. 346. *de vanitate & superfluitate vestium*, distinctè acturus, *secundo* loco hæc considerare jubet: *Quando homines non contenti sunt*, ait, *bonum & necessarium creationis usum facere*, *sed superaddunt*, *quæ sunt merè superflua; talis est usus superfluus tæniolarum*, *redimiculorum*, *fimbriarum*, *limborum & ejusmodi multa alia*, *ut faciei depictio*, *cæsariei plicatura*, *quæ sunt lapsa*, *libidinosa & corruptæ naturæ fructus*, *& non novæ creationis*, *ut omnes fatebuntur. Et licet omnium optimi & piissimi dicant*, *melius esse*, *si hæc non essent*, *tamen illicita non judicant*, *& fratribus & sociis horum usum indulgent*, *imò & nonnunquam vindicant*, *sed nos hæc omninò illicita reputamus*, *ut*, *quæ non decent Christianos.* Et pag. 347. cùm *usum vestium proprium & præcipuum ad nuditatem operiendam & ad frigus propellendum* spectare docuisset, *nullô modô homini licitum esse posse*, addit, *res præter realem usum extendere.* Et rursus: *Qui volunt semet ornare in usu vestium*, *induentes se rebus nullum realem usum aut necessitatem habentibus*, *sed duntaxat ornamenti gratiâ*, *apertè declarant*, *quòd hoc faciant*, *vel ut libidini placeant*, *vel ut vano & superbo animo gratificentur.* Confer *Catech.* Cap. XII. Q. X. XI. p. 97.

Wigandum de Anab. & ex eo *Schlüsselb.* L. XII. Catal. Hær. p. 688. *And. Keslerum* Theol. Cas. Consc. Cap. VI. pag. 36. seqq.

Præiverunt

Ex Enthusiastis CAROLSTADIUS & MÜNZERUS; quorum ille à Luthero digressus, & suâ opinione sanctior factus, *pileum villosum* ac *tunicam agrestem* induit: Hic verò inter præcepta methodi in negotio conversionis, *vestitum vilem* sectandum, *barbam* quoque non radendam, sed alendam esse docuit. Vid. T. III. Opp. Altenb. Lutheri p 127. b. & T. IX. p. 1571. a. Secuti sunt ex *Anabaptistis* SEPARATISTÆ, qui inter alia plura etiam *vestitu simplici & civili*, cujus *materiam* & *formam* præscripsisse feruntur, à mundo se prorsus abstrahere voluerunt, *cultum pretiosiorem* prorsus *damnantes*. Vid. *Wigandus* in Anabapt. sub initium & ex eo *Schlüsselb.* L. XII. Catal. Hær. p. 23. qui & confutationem argumentorum ab illis objectorum exhibet. pag. 685. seqq. Nostrô seculô, non paucos, qui sive apparitiones Angelorum, sive alias revelationes di-

vinas extraordinarias jactârunt, non raro morem vestiendi pro tempore receptum, quasi prorsùs improbum, & Christianis indignum, impugnasse novimus. Specimen unum videri potest apud B. *Keslerum* in Theol. Cas. Conscient. Cap. III. p. 21. Aliqua & nostro tempore observavimus.

Observatio.

Luxum vestium nemo nostratium probaverit: ac de affectata inter Christianos licentia improba passim queruntur, qui vanitatem à decoro distingvunt. Quod si intra eosdem terminos se continerent Quakeri, non repugnaremus. Illi verò etiam concessa damnant. *Barclajus* quidem Apol. Thes. XV. §. VII. p. 346. ipse quoque monet, *conditionem, & statum personæ* & *nationem ubi habitat, considerari* debere; addit etiam hæc verba: *Minimè docemus, omnes eodem modo esse vestiendos, quia hoc forte non æquè, neque cum corporibus, nec cum bonis omnium quadrabit, & si quis sobriè & sine superfluitate vestiatur, licet quoad substantiam & materiam vestimenti, illud quô vestitur, elegantius & pretiosius sit, quàm illud, quô servus ejus vestitur, non ideò culpandum esse censemus. — Quod attinet ad nationem & gentem ubi degitur, quod naturaliter producit degentibus, vestiri eô vanitatis non est, vel quod communiter in eam importatur, cùm procul dubio creatio sit ad usum hominum.* Verùm hæc omnia non tollunt ea, quæ ad thesin ipsam proximè diximus; ubi, quid nomine *superfluitatis omninò* damnet, vidimus. Sed & h. l. *ad substantiam & materiam vestimenti* sic restringit concessam differentiam inter vestitum domini & servi, aliarumque diversæ conditionis personarum; ut *formam* & quæ ad ornatum præterea pertinent, omninò etiam damnare videatur.

Thesis XIII.

REcreationes, quæ fiunt per Ludos, Comœdias, Saltationes, & similia, prorsùs interdictæ sunt Christianis; *Quakerorum judiciô.*

Pertinet huc,

Quòd *Barclajus* scribit, Apol. Thes. XV. §. II. inter propositiones

Antithesis XIII.

REcreationes, per Ludos, Comœdias, Saltationes, & similia, non prorsùs interdictæ sunt Christianis: *juxta Protestantes.*

Videantur

Quæ ex *Wigando* & *Schlüsselburgio* L. XII. Catal. Hær. p. 688. seqq.

illas

illas sex, de his, quæ ab aliis concessa, Quakeri sibi minimè licita esse repererint; hanc quoque refert; *quòd non liceat ludis & comœdiis uti, sub notione recreationum* &c. num. 4. p. 334. & §. IIX. p. 348. *considerandum* sibi sumit *usum ludorum, comœdiarum, & id genus aliorum, quæ vulgò recreationes dicuntur, & quibus communiter utantur omnia & singula Christianorum genera*; ac sine limitatione probare nititur, quòd *non consistant cum gravitate & pio timore, quem postulat Evangelium*, quòdque *nulla differentia, nisi in mero nomine, ab Ethnicis appareat.* Recreationum autem licitarum locô nihil relinquit, nisi *mutuas inter amicos visitationes, historiæ lectionem, sobrias de rebus præteritis vel præsentibus interlocutiones, perambulationes in hortis, vel campis, ibique moderatè agrum parare, vel geometriam experiri, & alia ejusmodi.* §. IX. p. 351.

Gerhardo T. VII. L. de Conjug. §. 459. 461. 464. 472. *Meisneri* Collegio Adiaphorist. Disp. XI. *Botsacco* Moral. Gedan. *Balduino* L. IV. Cas. Consc. Cap. I. Cas. II. & Cap. IV. Cas. X. *Dieter.* in Ecclesiast. & inde *Geiero* in Cohel Cap. III. v. 4. (ubi etiam *Lutherus, Brentius, Osiander, Forsterus, Meisnerus* citantur) denique *J. C. Dürrii* Theol. Mor. P. III. Cap. XIV. §. XI. seq p. 209. seqq. allegavimus in Disp. de Conformitate cum mundo fugienda. §. XLIX. ad LIII.

Antecesserunt

Illi, quos SEPARATISTARUM nomine, ex Anabaptistarum turba, appellari meminimus, qui non tantùm ipsi *tristes* ac *religiosi* semper incesserunt, sed convivia, musicam, risum ex lætitia &c. promiscuè damnarunt. vidd. *Wigandus* & *Schlüsselb.* ll. cc. ad Th. præced. XII.

Observatio.

Poterat *Barclajus* videri restringere propositionem suam hanc: *Quòd non liceat ludis & comœdiis uti sub nomine recreationum*; per verba adjecta: *quæ cum gravitate, silentio & sobrietate Christiana minimè concordant.* p. 342. quasi scilicet recreationes illas non omnes, sed modificatas tantùm (si sic loqui licet) reprehendat. Sed contextus docet, eum generaliter affirmare, *quòd ludi, comœdia, saltationes, picta charta, aleatorium* &c. *gravitati, silentio*, & *sobrietati Christianæ* repugnent; atque ita etiam generaliter sint illicitæ. Alias enim abusum in his, nimis, proh dolor! frequentem inter Christianos, nec negamus, neque excusamus. Vid. Disp. nostra ad Locum Rom. XII, 2, ad Antithesin præsentem citata.

CAPUT XX. & Ultimum.

De

NOVISSIMIS.

QUAKERORUM

Thesis I.

Mors naturalis, licet sit consequens lapsûs Protoplastorum, non tamen in se spectata, est peccati pœna in posteris Adami.

Videatur

Barclajus Apol. Thes. IV. §. V. p. 61. ubi adversùs doctrinam nostram de Peccato originis, quòd etiam in Infantibus sit, disputans, incidit in objectionem illam; *Quòd stipendium peccati mors sit (Rom. VI. ult.) & cùm infantes ægrotationi & morti sint obnoxii, ideò sint etiam peccato contaminati.*

PROTESTANTIUM

Antithesis I.

Mors naturalis, ita est consequens lapsûs Protoplastorum, ut etiam, quando in se spectatur, sit pœna peccati in posteris Adami.

Diserte

Apologia Aug. Confess. ad Art. II. p. 58. *Mors & alia corporalia mala propriè* sunt *pœnæ* peccati originis. Confer Catech. Maj. p. 532. Decl. Solid. Form. Conc. p. 641. num. IV.

Respondet autem, *hanc esse lapsus consequentiam* (i. e. consequens quoddam) *conceditur, sed quòd necessariò inferat iniquitatem in omnibus, qui illis obnoxii sunt, denegatur.* Negat itaque, mortem in se spectatam habere rationem pœnæ respectu peccati, quod sit in singulis. Quanquam, si contextum illum aspiciamus, θάνατος *Rom. V,* 12. illi non est mors naturalis, sed pravum illud semen, malum substantiale, inde ab Adamo in omnes derivatum: de quo suprà vidimus Cap. VI. Th. II. Ante editam à Barclajo Apologiam, Will. Caton contra Hamburg. p. 69. etiam negavit, *mortem naturalem posse dici stipendium peccati.*

Præiverunt

In hac sententia Pelagiani, Sociniani, & similes, suprà Cap. IV. memorati, qui, cùm & ipsi negarent peccatum originale, simul nega-

negarunt, mortem corporis in singulis habere relationem ad peccatum, quod in ipsis esset: ita ut distinctionem inter consequentia lapsûs Adami & pœnas peccati proprii in singulis, non obscure facerent suam. *Anabaptistæ* in Colloquio Franckenth. ad Artic. IV. p. 216. seqq. adeò involverunt sese, ut quid tandem in rem præsentem statuant, vix assequi liceat: nisi quod Rauffius Act. XIII. n. 6. p. 285. dum contendit, *mortem* (naturalem) *non condemnare*, aut damnatum facere vel arguere quenquam; quia aliàs etiam *Apostolos* & *infantes omnes*, qui in partu moriuntur, *damnari oporteret*; id etiam velle videtur, quòd mors pœnæ rationem non habeat, neque peccatum in his, quibus obtingit, supponat.

Observatio.

Scribit Barclajus Apol. Th. IV. §. V. p. 61. *Licet mors sit lapsûs consequentia, humanæ naturæ incidens, non tamen peccati stipendium est in sanctis; sed potiùs à morte ad vitam migratio.* Non tamen est, ut istud sensu orthodoxo dictum putemus. Nam orthodoxi quidem sanctos dupliciter considerant, partim ut homines, peccatum connatum quoad reliquias quasdam, in se habentes; partim formaliter, ut sanctos, credentes, justificatos: & sic etiam mortem duplici modo spectare jubent, primò in se, quâ ratione, tanquam pœna, peccato respondet; secundò qualis per accidens, intercedente Christi morte, remissisque peccatis, facta est quibusdam. Sed hæc non sunt ad palatum Barclaji: qui ex eo, quòd mors sanctis non est pœna peccati, concludit, mortem ne in se quidem habere rationem pœnæ, cujus fundamentum, nempe peccatum, sit in subjecto omni, ex conditione naturæ necessariò moriente.

Thesis II.

Datur quidem resurrectio mortuorum; non autem corporum eorundem quoad substantiam, quæ in hac vita habemus: *juxta Quakeros.*

Antithesis II.

Resurrectio futura est corporum eorundem quoad substantiam, cum his, quæ in hac vita habemus: *juxta Protestantes.*

Sanè	Profectò enim
Irascitur *Barclajus* his, qui dicunt, *negare* Quakeros *resurrectionem corporis*. Conclus. Apol. p. 373. Et in Catechismo suo Cap. XIV. Q. I. p. 120. resurrectionem ex mortuis, velut *Actorum* XXIV, 15. traditam confitetur. Attamen ad quæstionem III. p. 121. *Quibus corporibus mortui sint resuscitandi*, (mit welchen Leibern die Todten sollen aufferwecket werden?) adducto loco I. *Cor.* XV, 36. ad 45. quasi novam quæstionem additurus	Ipsius *Carnis resurrectionem* profitentur se credere in SYMBOLO APOSTOLICO. Eademque mens est SYMBOLI ATHANASIANI, quo dicitur: *Ad cujus* (Christi) *adventum omnes homines resurgere habent, cum corporibus suis.* Similiter in CATECH. MAJ. Expl. Symb. Ap. Art. II. p. 501. scribitur: *Expectamus, ut hæc nostra caro præclarè & magnificè iterum prodeat, & exurgat à mortuis.*

rus p. 122. ita loquitur: *Videtur Apostolus hîc certum ponere, quòd non corpus naturale, quod nunc habemus, sed corpus quoddam spirituale, sit resurrecturum:* (Es scheinet daß allhier der Apostel fest stellet/ daß nicht der natürliche Leib/ welchen wir anjetzo haben/ sondern ein geistlicher Leib/ aufferstehen soll.) eòque applicat verba I. *Cor.* XV, 50. *Caro & sanguis non possunt regnum Dei hæreditate consequi.* Priore autem loco Conclusionis Apologiæ, eos qui à Quakeris dissentiunt, *garrire & determinare de resurrectione* dicit, cùm tamen *magis iis opus sit, ut justum, quem in se occiderunt, suscitatum cognoscant, ut participes fiant primæ resurrectionis, & quòd, si hoc fiat, aptiores* futuri sint *de secunda judicare.* Taxat igitur, quod Nostrates determinatè docent, corpora eadem numero resurrectura: neque quenquam nisi Quakeros, de resurrectione rectè judicare contendit.

Habent & hæc

Cum SOCINIANIS & ANABAPTISTIS communia. Nam veteres quidem hæreticorum turbas varias, resurrectionem corporum prorsus negantes, hîc omittimus, quarum nomina videri possunt apud *B. Gerh.* L. de Resurr. mort. §. 37. B. *Calixt.* de Immort. An. & Res. Carn. Cap. IV. §. 10. & seqq. & *L. Danæum* Elench. Hær. ad Augustini Lib. de Hær. ad QuodvultDeum. *Libertinos* superiore seculo resurrectionem pro fabula habuisse, ex *Calvino Calixtus* ostendit, ex *Bullingero* & *Petro Martyre*

tyre, Gerhardus. Sociniani, licet concedant, Christum *in eo prorsus corpore fuisse excitatum, in quo crucifixus fuit*; attamen *nunc* non idem habere corpus, sed aliud, *immortale, gloriosum, potens, spirituale*, quippe qui *factus* sit *in spiritum vivificantem*; atque ita etiam *fideles corpora glorioso corpori Domini Jesu Christi similia habituros* esse docent, in Catech. Racov. Sect. de Offic. Chr. Reg. Q. X. seqq. p. m. 280. 281. quæ *Smalzius* contra Smiglec. de Div. Verbi Incar. nat. p. 98. ita explicat, quòd etiam *omnes*, qui *vivi superstites erunt in adventu Christi, in carne quidem rapientur in aërem in occursum Domino, nec tamen in carne cœlum ipsum, in quo beatitas eos manet, ingressuri sint. Absorbebitur enim*, inquit, *hac caro, hoc mortale, à vita. Caro & sangnis regnum Dei possidere non possunt.* Itaque resuscitandos fideles, cum corpore quidem aliquo, sed sine carne, tunc ingressuros beatitudinem statuit. Mysterium autem Socinianum, de modo conjunctionis corporum cœlestium cum animabus hominum fidelium, videri potest apud *Crellium* Comment. in I. Ep. ad Corinth. cap. XV. Ex *Anabaptistis* quidam *Matthæus Cervas*, aliquot Epistolarum scriptor, in *septima* illarum, resurrectionem carnis & sanguis negasse fertur, à *P. Datheno* Collocutore Palatino in Colloq. Franckenthal. Act. XXIIX. n. 27. p. 578. Sed *Rauffius* communi sociorum nomine confessus est, *credere se etiam, quòd caro hæc resurrectura sit*, verùm ita, ut mutetur in immortalitatem. Wir glauben auch / daß dieses Fleisch werde aufferstehen / aber doch verwandelt werden in eine Unsterblichkeit. ib. n. 24. p. 577. Quanquam nec adduci potuit, ut eandem substantiam (das Wesen) redituram fateretur, ipse potiùs accusans eos, qui aliquid ausint determinare. num. 51. p. 589. Sed & Actione XXIX. num. 1. ad quæstionem: *Utrum corpus spirituale* (in resurrectione) *carnem hanc nostram sit habiturum?* (Ob der geistliche Leib diß unser Fleisch haben werde?) nihil determinat, *Divinæ voluntati relinquendum* monens. *Dieboldus* autem, num. 7. p. 593. paulò apertioris animi, fassus est, non docere Anabaptistas, quòd *cum manibus, pedibus, cute & carne, atque ossibus sint resurrecturi.* (daß wir aber unser Volck solten lehren / mit Händ und Füssen / Haut und Fleisch und Beinen / (futuram esse resurrectionem;) Also lehren wir sie nit. Quod tamen Ranffius sic flexit, quasi non quidem id negarent Anabaptistæ, affirmare solùm non auderent, num. 10. p. 596. Itaque saltem revelatam & credendam esse carnis resurrectionem, ne-

gant.

gant. Clarius autem VAL. WEIGELIUS docuit, carnem hominum ex Adamo tractam, in substantia sua non resurrecturam esse ex mortuis, sed instar vestis de corpore nostro cœlesti lapsuram, & cum Elementis interituram. Der todte Leib Adæ fället von uns wie ein altes Kleid. Et mox; Der Leib/den GOtt der Vater geschaffen hat/ derselbe zergeht gar dahin mit den Elementen/da bleibt nichts lebendigs von Ihm/ aber der Leib aus Christo/derselbe bleibt/und besitzet das Reich GOttes. P. II. Postill. p. 9. 10. conf. p. 48. 107. 261. 287. P. I. p. 115. Tract. de Loco mundi cap. XXII. p. 74. Philos. mystic. p. 175. Bene autem est, quòd Weigelius arcana illa ex *Theophrasto Paracelso* se didicisse fassus est. P. II. p. 266. FELGENHAUERI similem τερατολογίαν ex scriptis Sendbrieff. Q. II. p. 69. Spiegel Cap. V. p. 148. Cap. VII. p. 203. 205. seqq. & præfat. p. 22. recensent Theol. Lub. Hamb. & Luneb. im Ausführl. Bericht. §. 861. p. 497. seqq.

Observatio.

Poterat etiam Barclajus videri, tantùm de differentia accidentali corporis præsentis & glorificati agere: nec, nisi sententiæ Scripturæ, quemadmodum verbis, insistere. Reverà autem *non* solùm corporis *alia dona* aut corpus *aliter* se habens; sed corpus *aliud*, non idem, in resurrectionis statu fore: nicht der Leib/ welchen wir anjetzo haben/sondern ein geistlicher Leib; ait in Catechismo. Et argumentandi modus cum processu Weigeliano valdè congruit.

THESIS III.	ANTITHESIS III.
VIsio Dei intuitiva non demùm in futuro post hanc vitam statu beatitudinis locum habebit; verùm etiam in hac vita, licet non incessanter, sed aliquando, obtingit fidelibus: *juxta Quakeros.*	VIsio Dei intuitiva demùm post hanc vitam in statu beatitudinis locum habebit: in hac vita autem non obtingit fidelibus: *juxta Protestantes.*
Nempe	Breviter, sed graviter
Hæc via est luminis illius immediati, ac seminis substantialis, quan-	B. LUTHERUS Explic. cap. III. Gen. A. 1526. Tom. III. Altenb.

de

do fermentavit hominem; uti illorum phraseologia sonat. Videatur autem in eam sententiam GEORGII KEITHI, qui se *Amicum* & *Sympatriotam* Barclaji appellat, *Amica Responsio*, quam vocat, ad Dissertationem nostram primam Synopseos & Examinis Theologiæ Quakerorum.	p. 549. a. Ein Ding so verheissen worden ist/ und so ins Werck gesetzt worden / ist zweyerley. Der Glaube und das ewige Leben sind auch zweyerley. Ich habe das ewige Leben in der Verheissung / und nicht im Wesen. Jetzt habe ichs im Tunckeln und sehe es nicht/ sondern glaub es/ hernach werde ichs wol fühlen.

Conf. Disp. nostram de prægustu vitæ æternæ, *G. Keitho* oppositam §. XXII. seqq.

Præiverunt

ENTHUSIASTÆ priores, Theologiæ mysticæ sententias in eum sensum trahentes, ut viam *contemplativam* ad ipsam visionem Dei claram & beatificam, in hac vita obtinendam, referrent, ac homines *Deiformes*, quin *Deificatos* fore pollicerentur, aut factos jactarent. Videantur, quæ B. *Jac. Thomasius* observavit in Schediasmate Historico §. 52. not. d. num. 28. pag. 57. seqq. B. *Joh. Schelhammerus* Wiederleg. der Postill Val. Weig. Cap X. XI. XII. & Theol. *Lubec. Hamb. & Luneb.* P. II. Lehr- und Schutz-Schrifft/ p. 122. 123. 131. seqq. ubi Schwenckfeldio-Weigelio-Hohburgianam opinionem illam notant.

Observatio.

Equidem & ex Nostratibus B. *Dav. Chytræus* docuit, *non essentiâ & reipsa, sed gradibus tantum & processu, Beatitudinem & Notitiam Dei in hac vita & futura differre.* L. de Morte & Vita æterna. p. 176. 177. Sed contextus docet, id eum solùm velle indicare, quòd conveniant illa conceptu non tantùm generico, quoad conceptum Notitiæ, sed etiam quoad Objectum materiale, quod est Deus, unde aliàs specificari actus putantur. Aliàs autem ipsa *graduum* ac *processûs* differentia ab eo sic explicatur, ut manifestum sit, non affirmari ab eo, quòd visio intuitiva Dei in hac vita contingat. Contrarium enim docet & probat; videlicet *non res ipsas, quales suâ naturâ existunt, sed species (abstractas) & velut imagines rerum cœlestium ac invisibilium hic videri.* p. 179. 180.

Thesis IV.

Ante consummationem mundi regnum Christi novum & solenne in his terris erigetur, quô credentes in illum, à consortio malorum remoti & quieti, felicés & contenti vivent.

Sanè

Regnum ejusmodi à Christo extremis his temporibus erectum iri, quò omnes gentes sint advolaturæ, ipse autem Christus in mentibus aut conscientiis eorum regnaturus, principe tenebrarum expulso, & regnis humanis eversis; sæpè docuerunt. Sic olim in *Annunciatione omnibus Regibus & Principibus* factâ, Londini typis excusâ, referentibus Theologis *Lub. Hamb. & Luneb.* im Quaker-Greuel. Cap. II. p. 33. 34. Sic Ed. Bourrough Standaert. Cap. V. p. 7. & Cap. IX. p. m. 10. W. Caton Allarm. p. 3. Franc. Howgill Eröffnung. p. 3. Ne tamen videantur seditiosa dogmata *Virorum quintæ Monarchiæ* fovere, à quorum societate alienos se ferunt *Will. Caton* Beschirm. Vorred. A. 11. b. & opere ipso p. 7. n. 16. p. 23. 24. *Will. Ames* contra Lassen. p 47. seqq. monent, regnum illud spirituale, spiritualibus etiam armis erectum iri. Videan-

Antithesis IV.

Ante consummationem mundi non erigetur regnum Christi novum & solenne in his terris, quô credentes in illum, à consortio malorum liberati ac remoti, felices & quieti vivent: *juxta Protestantes.*

Nempe

Non solùm nihil hujus agnoscunt aut docent Nostri in confessionibus publicis: sed potiùs mixturam piorum atque impiorum, quoad externam cohabitationem, nec tantùm civilem, sed etiam ecclesiasticam societatem, usque ad mundi finem, perpetuam fore credunt & profitentur. Sanè quod Art. IIX. Aug. Confess. habetur, quòd *in hac vita multi hypocritæ & mali admixti sint congregationi sanctorum & verè credentium*, sine restrictione ad certam temporis periodum, ac generaliter potiùs dictum est. Confer Apol. p. 144. 146. 155. Catech. Maj. in Explic. Symbol. Apost. Art. III. p. 500. ubi de Ecclesiæ in his terris sorte imperfectâ; & Explic. Orat. Dom. petit. ult. p. 532. ubi de liberatione ab omni malo, nô in hac, sed post excessum demùm ex hac vita, obtinenda agitur. Inprimis verò Augustana Confess. art. XVII. docet, Christum *in consu*

nr *Bourrough* l. c. *G. Fox* Salve ad Regem. cap. IX. *Misson.* liebliche Nöthigung. p. 4. *Th. Lawson* contra Zentgraff. p. 26. 27. qui etiam expresse rejicit eos, qui *somniant personale externum regimen Christi*, die da träumen von einer persönlichen auswendigen Regierung Christi. p. 6. Confer *Will. Caton* Schall der Warh. p. 12.

summatione mundi demùm *pios* atque *impios* segregaturum; ac tanquam *Judaicam opinionem* damnat, quæ statuit *impios ante resurrectionem mortuorum* universalem (de hac enim loquebatur thesis) oppressum iri, *pios* autem *regnum mundi* (non dicit, more consueto splendoris externi aut brachio armatô; sed indefinitè, regnum mundi,) *occupaturos* esse. p. m. 14.

Antecessores

Hîc admodum multi nominari poterant: sed videri possunt, quos A. Disp. de Regno Ecclesiæ glorioso, contra Anonymum (qui tamen *Daniel Brenius* Socinianus fuit) commemoravimus Cap. I. Certè, præter veteres & aliarum plurium sectarum homines, ANABAPTISTAS & ENTHUSIASTAS huc pertinere, manifestum est.

Observatio.

Non est quæstio de futura Judæorum conversione ampla, nec de qualicunque fatorum Ecclesiæ tristiorum in meliora conversione. Sed de illa immediatè illuminatorum, aut substantiâ boni seminis fermentatorum, liberatione à consortio aliorum hôc lumine non purgatorum; quamvis etiam de verè credentium à consortio malorum immunitate & quiete in hac vita.

SOLI DEO GLORIA.

INDEX I.
ERRORUM SECTÆ QUAKERORUM.

CAP. I.

De Revelationibus immediatis, tanquam Principio, Norma & Judice doctrinæ fidei & morum.

THES. I. Quòd Principium cognoscendi sive Objectum formale doctrinæ fidei & morum sit Revelatio interna & immediata, à Scripturis & Lumine Naturæ distincta.

II. Quòd Lumen naturæ nullius usûs sit in vera Dei cognitione.

III. Quòd omnibus seculis, atque etiam post Scripturas completas, & pro statu communi hodierno, in quolibet homine detur supernaturalis & immediata revelatio divina.

IV. Quòd ex hac interna & immediata revelatione Philosophi Gentiles Mysteriorum fidei cognitionem veram & sufficientem habuerint.

V. Quòd per eandem revelationem immediatam non tantùm generalia dogmata fidei ac morum; verùm etiam conclusiones singulares ad praxin innotescant.

VI. Quòd eadem revelatio interna sit norma doctrinæ & praxeos religionis primaria atque universalis: ipse verò Spiritus immediatè loquens aut revelans, sit Judex supremus atque universalis omnium dubiorum & controversiarum.

CAP. II.

De Scriptura Sacra.

THES. I. Quòd Scriptura Prophetica & Apostolica non sit Principium aut Objectum formale cognitionis veræ, sufficientis ac salutaris, Dei & cultûs divini.

II. Quòd Scriptura illa non sit, neque unquam fuerit, regula fidei morum primaria & adæquata.

III. Quòd eadem non sit sufficiens, nec revelet totam voluntatem Dei; sed defectus ejus per revelationes immediatas suppleri debeat.

IV.

IV. Quòd obscura sit & ambigua, neque possit certus sensus inveniri, nisi Spiritus peculiari illuminatione illum manifestet.

V. Quòd Codex Scripturæ, qualem habemus, quoad conformitatem cum autographis, valdè dubius sit & incertæ auctoritatis.

VI. Quòd Scriptura non sit efficax, per vim supernaturalem illuminandi & convertendi hominem, doctrinæ suæ collatam; sed Spiritus S. seorsim ac peculiari actione, licet doctrinâ Scripturæ in usu constitutâ, divinam virtutem exerat, homines illuminet, convertat.

VII. Quòd Scriptura non sit verbum Dei propriè loquendo.

Cap. III.

De Pædia & Adminiculis Theologicis.

Thes. I. Quòd in interpretanda Scriptura, non necesse sit ad leges generales & speciales adstringi; sed Spiritu, immediatè docente verum sensum, niti oporteat.

II. Quòd à terminis & phrasibus, quibus Ecclesiæ & Scholæ Christianæ ad veram Scripturæ sententiam ac dogmata sacra à falsis opinionibus distinguenda utuntur, abstinendum sit.

III. Quòd modus tractandi doctrinam sacram, adhibitis adminiculis Philosophicis, præsertim Logices & Metaphysices, sit fugiendus.

IV. Quòd Meditationes discursivæ in doctrina sacra impediant cognitionem supernaturalem, & ex adverso Silentium, quô mens ab omni cogitatione talium objectorum, quam Deus non immediatè inspirat, abstineat, sit ineundum.

V. Quòd à Disputationibus Theologicis sit abstinendum.

Cap. IV.

De Deo Trinuno.

Thes. I. Quòd Pater, Filius & Spiritus S. non sint tres personæ.

II. Quòd Filius, quatenùs est verbum Dei, non tantùm à Deo Patre, verùm etiam ab essentia divina, realiter differat.

III. Quòd Spiritus S. non sit persona.

IV. Quòd Pater, Filius & Spiritus S. non distinguantur realiter.

Cap. V.

De Creatione & Statu Integritatis Hominum.

Thes. I. Quòd præter animam & corpus, tertia quædam substantia realis & spiritualis, collata sit homini in creatione.

II. Quòd doctrina de Statu Integritatis & donis Imaginis divinæ ex parte intellectûs & voluntatis & corporis, curiosa tantùm sit, non necessaria aut utilis.

III. Quòd sapientia primi hominis fuerit ipsa lux substantialis in homine, non impedita, & quatenùs ad actus cognoscendi res divinas & creatas actu se exeruerit.

IV. Quòd donum voluntati concreatum fuerit eadem substantia, ad actus bonos excitans, eosque perficiens.

Cap. VI.

De Peccato primi hominis & statu corruptionis humanæ.

Thes. I. Quòd per lapsum Adami semen tantùm peccati, non peccatum propriè dictum, posteris connascatur.

II. Quòd semen illud peccati sit substantia quædam, à Diabolo primis parentibus insinuata, & ab his ad posteros propagata.

III. Quòd non obstante malô semine, etiam bonum semen post lapsum in nobis supersit, à quô, hactenùs latente, sed divinitùs excitato, tanquam à principio activo interno, regeneratio & conversio nostra proficiscatur.

IV. Quòd prava concupiscentia ab aliquibus jam in hac vita prorsùs tollatur, in aliis sic opprimatur, ut peccaminosi actus nulli ampliùs inde oriantur.

V. Quòd motus & actus indeliberati, qui contra voluntatem Dei & officia hominum fiunt, non sint peccata.

Cap. VII.

De Christo.

Thes. I. Quòd Christus Dei filius per incarnationem non assumserit naturam humanam totam.

II. Quòd duo sint Christi corpora, alterum spirituale, quod secum in Mariam attulerit; alterum humanum, quod in Maria assumserit.

III.

III. Quòd Christus ante incarnationem non tantùm Deus, sed etiam homo fuerit.

IV. Quòd unio personalis duarum naturarum in Christo aut nulla sit, aut ignota.

V. Quòd, licet Christus peccata nostra sustulerit, & pro nobis passus sit, non tamen ei Deus imputaverit nostra peccata.

VI. Quòd Christus, vi officii redemtionis, non solùm à reatu culpæ & pœnæ peccatorum nos liberet; verùm etiam faciat, ut lumen internum consequamur, ac per illud à peccatis eorumque radice plenè liberi sanctique in hac vita fiamus.

Cap. IIX.

De Fide Salvifica, quæ est in Christum.

Thes. I. Quòd ad fidem in Christum non requiratur Notitia explicita aut distincta de Christo, Dei & hominis filio, passo pro nobis & mortuo.

II. Quòd nec Assensus specialis, quô quis credat, Christum pro se esse mortuum; nec Fiducia, quâ meritum illud, tanquam causam suæ salutis, amplectatur, ad fidem necessariò requiratur.

III. Quòd Fides sit sensus interni & immediati Luminis, tanquam docentis aut præcipientis; eique præstita obedientia.

IV. Quòd Fides intra se includat pœnitentiam & opera bona, saltem quoad motus actusve internos.

V. Quòd renati, perfectiores facti, cognitione Christi quoad incarnationem, passionem & mortem, minùs utantur.

Cap. IX.

De Regeneratione & Conversione.

Thes. I Quòd Regeneratio aut Conversio non consistat in eo, quòd homo fit credens in meritum Christi; sed in hoc, quòd consequitur internum quendam sensum, agnitionem ac displicentiam peccatorum, simul intra se percipit dictamen efficax agendorum erga Deum, proximum & seipsum.

II. Quòd Regenerationis opus proficiscatur à lumine interno substantiali, tanquam à potentia, secundùm certam mensuram homi-

minibus inexistente, quatenùs in actus sibi congruos ita transit, ut simul in substantiam oppositam pravam ex lapsu Adami in eos derivatam agat, eamque minuat & corrumpat; adeò, ut hæc minùs sit efficax ad actus pravos in illis porro producendos; ipsa autem bona substantia in iis prævaleat, & sic sensibilis quædam unio inter hominem & Deum, in homine producatur.

III. Quòd Regeneratio non fiat per doctrinam sacram, lectu vel auditu perceptam, & virtute divinâ instructam, sed immediatè per Lumen illud substantiale internum.

IV. Quòd ad recipiendam operationem divinam, quâ per Lumen illud internum regeneremur, Silentium præstandum sit, non solùm ex parte linguæ, cum cessatione externorum motuum corporis; sed quoad abstinentiam à lectione, auditu & meditatione, etiam tacita, verborum ac doctrinæ in sacris Scripturis contentæ, imò abstractionem mentis ab omni cogitatione.

V. Quòd in regeneratione aut Conversione, si non semper, sæpè tamen, locum habeat Tremor corporis sensibilis; tanquam reluctante naturâ, quando lumen illud internum mentem occupat, & sensum sibi internum fortiorem largitur.

Cap. X.

De Justificatione.

Thes. I. Quòd Justificatio magis propriè & frequenter in Scriptura significet justum facere (intrinsecè); non, justum aliquem reputare.

II. Quòd Justificatio hominis coram Deo idem sit, quòd sanctificatio, id est actio, quâ homo per mutationem realem & sibi intrinsecam fit justus & sanctus.

III. Quòd tamen justificatio non tàm sit productio habitualis justitiæ in nobis, quàm Christi Jesu per Spiritum suum, sive Lumen internum & immediatum, semini pravo, quod in nobis est, prævalens, in nobis habitatio, & bonorum operum efficientia: quâ ratione Deus nos simul gratiosè acceptet.

IV. Quòd obedientia & passio Christi non possint eô sensu pro causa justificationis haberi, ut credentes horum intuitu formaliter reputentur justi.

V. Quod

V. Quòd Bona opera, à Spiritu seu lumine interno profecta, sint causa justificationis vera, eaque instrumentalis.

Cap. XI.

De Perfectione Renovationis & Sanctificationis internæ, deq; Perseverantia & Impeccabilitate fidelium.

Thes. I. Quòd homines justificati per lumen internum, tantam in hac vita obtineant intra se sanctitatem, ut legi divinæ quoad actus internos & externos omnes obedientiam exquisitam præstare, & omnia peccata præcavere possint.

II. Quòd detur status in hac etiam vita obtinendus, in quo justitiam agere ita sit naturale animæ regeneratæ, ut in istius status stabilitate peccare non possit.

Cap. XII.

De Cultu Dei & Operibus huc pertinentibus.

Thes. I. Quòd nihil habeat rationem cultûs divini, nisi quod Lumen internum immediatè præscripserit, & ad quod excitaverit, tanquam ad officium Deo exhibendum.

II. Quòd, quicquid lumen internum immediatè dictitat, & ad quod tanquam ad officium Deo præstandum impellit, pro opere bono cultûs divini habendum sit.

III. Quòd cultus divinus Christianis in N. T. præscriptus, solùm internus sit, non externus, nisi ut congregentur ad expectandos motus internos atque immediatos, ac sic demùm actus externos præstent, quando singulis sigillatim Spiritus internus certum quendam actum externum, tanquam cultûs causâ exercendum immediatè dictitaverit.

IV. Quòd speciatim Orationes & Precationes externæ non nisi ad impulsum Spiritûs immediatum fieri debeant.

V. Quòd certas formulas ad precandum adhibere non liceat, ac ne quidem Oratio Dominica Christianis sub novo fœdere à Christo sit præscripta.

VI. Quòd Psalmorum cantiones nullæ, nisi Spiritu immediatè movente, rectè fiant.

VII. Quòd Meditationes discursivæ de rebus divinis, quæ non

 fiunt

fiunt per Spiritum immediatè ducentem, nec pars sint cultûs divini, neque ad eum præparatio.

IIX. Quòd ad recipiendos motus sanctos internos cultûs divini, indeque orituras actiones externas ejusdem cultûs, abstinendum sit ab omnibus actibus nostris liberis circa res externas, ipsius quoque Scripturæ lectione, auditu, meditatione; mens autem tantùm ad Lumen illud internum, atque expectandum ejus influxum immediatum, sit dirigenda.

Cap. XIII.

De Verbo Legis & Evangelii.

Thes. I. Quòd Legis nomine non intelligi debeat in N. T. dictamen luminis naturæ, quô agenda & omittenda præscribuntur, nec doctrina extrinsecùs oblata, quæ per virtutem sibi à Deo conjunctam in animo hominis se exerat, sed supernaturale atque immediatum Spiritûs Dei dictamen, quô solô homines in negotio conversionis, & jam renati in opere sanctificationis sint excitandi, dirigendi atque impellendi.

II. Quòd Evangelium non sit doctrina extrinsecùs proposita de merito Christi, ad impetrandam peccatoribus remissionem peccatorum & salutem; sed Christus ipse, quatenùs se ut lumen universale & salutiferum hominibus immediatè manifestat.

III. Quòd Lex pro dictamine agendorum accepta, & Evangelium in suo proprio significatu, non differant; sed Evangelium ipsum propriè & strictè sic dictum, formaliter præscribat bona opera.

IV. Quòd verum Evangelium inde ab excessu Apostolorum usque ad hæc tempora, in nullo cœtu, à Quakeris distincto, prædicatum fuerit.

Cap. XIV.

De Sacramentis in Genere.

Thes. I. Quòd nomen Sacramenti, in Ecclesiam Christianam temerè introductum, nempe à gentilibus petitum, non autem divinitùs inspiratum; sit eliminandum.

II. Quòd non detur ullus ritus divinitùs institutus, qui sit signum & medium efficax gratiæ spiritualis de remissione peccatorum, in Ecclesia N. T. constanter observandus.

Cap.

Cap. XV.

De Baptismo.

Thes. I. Quòd in Ecclesia N.T. Baptismus, non nisi internus & spiritualis, locum habeat; externus verò aquæ baptismus figura tantùm illius temporaria fuerit; qui nec diu durare debuerit, neque hodiè ampliùs observari debeat.

II. Quòd Baptismus Infantum non tantùm non necessarius sit; sed omninò omittendus.

III. Quòd Baptismi aquæ nulla sit virtus atque efficacia ad spirituales effectus, regenerationem ac renovationem, & consequendam remissionem peccatorum.

IV. Quòd verus Christi baptismus, qui in Ecclesia N.T. vigere debeat & vigeat, consistat in regeneratione interna & immediata, quâ lumen ac semen spirituale, substantiale & salutiferum, quod in omnibus insit, in aliquibus ita suscitetur, ut opposita prava substantia sterilescat aut pereat in homine; ipsum verò illud semen, velut auctum & confirmatum, hominem Deo Christoque conformem faciat.

Cap. XVI.

De Sacra Cœna, deque Communicatione aut participatione Corporis & Sanguinis Christi.

Thes. I. Quòd ritus ille externus, quô panis & vinum, accedente verbo Institutionis Christi, distribuuntur & accipiuntur, panis manducatur & vinum bibitur, aliquando tantùm, velut figura & umbra melioris, in usu fuerit, non autem ex intentione atque adeò institutione Christi omnibus seculis frequentari à Christianis, sed potiùs cessare debeat.

II. Quòd in externa celebratione cœnæ sacræ non verè & realiter præsens sit, & accipiatur corpus Christi humanum, nec sanguis ejusdem pro nobis effusus.

III. Quòd vera & fidelibus frequentanda cœna Domini consistat in reflexione mentis humanæ ad lumen substantiale, quod in ipsa est, tanquam corpus & sanguinem Christi spiritualem, & per modum spiritualis cibi & potûs, atque adeò alimenti ad vitam spiritualem, percipienda.

CAP. XVII.

De Ecclesia.

THES. I. Quòd Ecclesia, nomine propriè acceptô, non sit præcisè multitudo hominum credentium in Christum pro ipsis passum & mortuum; sed cœtus illorum, qui Lumen internum & immediatum in se ipsis agnoscunt, ejusque dictamen seqvuntur.

II. Quòd veræ Ecclesiæ membra sint non tantùm, qui Christi nomen agnoscunt, & ubi opus est, profitentur; verùm etiam Gentiles, Muhammedani, Judæi, aliique, (fundamentalibus licet erroribus occupati) Christum Deum atque hominem ejusque meritum non agnoscentes, sed negantes, modò honesti sint animi & integritatis studiosi.

III. Quòd, quando Ecclesiæ nomen pro cœtu veram doctrinam publicè profitentium accipitur, vera Ecclesia inde ab excessu Apostolorum usque ad hoc tempus, quô Quakeri prodierunt, nulla fuerit, aut saltem visibilis non fuerit.

IV. Quòd causa adæquata corruptionis Ecclesiæ & schismatum exortorum hæc sit, quòd homines non pendent à Spiritu interno, sed ad literam Scripturæ certasque fidei formulas se aliosque adstringunt.

V. Quòd Antichristus ille, à Paulo & Johanne descriptus, in omnibus Christianorum sectis, quotquot lumen internum & immediatum sequi recusant, inveniatur.

CAP. XIIX.

De Ministerio Ecclesiastico.

THES. I. Quòd ad Ministerium in Ecclesia obeundum requiratur absolutè & in universum, ideòque & hoc tempore, vocatio immediata hominis à Deo, per lumen internum.

II. Quòd mediata vocatio in Ecclesia constituta, pro ordinaria & eatenùs necessaria haberi non debeat; imò quando fit absque immediata motione divina intra hominem, ministerium subeuntem, vitiosa sit.

III. Quòd præter vocationem immediatam ad ingressum muneris, etiam ad actus docendi quoslibet, sigillatim ac determinatè exercendos, opus sit excitatione ac directione luminis interni & immediati.

IV.

IV. Quòd Ordinatio, quæ per manuum impositionem fit, nec necessaria sit, neque ullius usûs.

V. Quòd ad ministerium sacrum in Ecclesia plantata, pro statu præsenti obeundum, nihil faciant dona eruditionis acquisitæ, sive literaturæ sacræ, sive methodi aut pædiæ Theologicæ; minimè omnium Philosophiæ & disciplinarum instrumentalium notitia.

VI. Quòd ad functionem Ecclesiasticam ita necessaria sit fides supernaturalis & sanctitas vitæ ac morum, ut qui habitu ejus caret, non possit efficaciter & salutariter docere.

VII. Quòd non solùm Laici viri, sed & fœminæ, ad functionem ministerii publici admitti, & docentes audiri debeant, modò immediatum luminis afflatum aut motum sentiant.

IIX. Quòd Ministros Ecclesiæ non liceat appellare Magistros aut Dominos, nec vestitu aut habitu externo ab aliis distingvi.

IX. Quòd officia docendi ministrorum, quoad loca ac tempora diversa, & particularium Ecclesiarum divisiones, non aliter distingvi debeant; quàm quatenùs Lumen internum & immediatum aliquem certo cœtui alligat, aut ad alios ire eosque hîc & nunc docere jubet ac movet.

X. Quòd salaria fixa pro laboribus ministerii constituenda non sint; neque ea, velut ex vi contractûs, accipere ministris liceat.

Cap. XIX.

De Magistratu & Rebus civilibus.

Thes. I. Quòd Magistratum gerere & jura Majestatis exercere, non sit clarè concessum Christianis.

II. Quòd Magistratus, licet inter Christianos suô modô reputandus, nihil habeat juris in his, quæ ad religionem attinent.

III. Quòd Magistratui, licet summo, & consentiente Ministeriô Ecclesiasticô, non liceat in ditionibus suis certam formam religionis publicè exercendæ præscribere subditis suis, præsertim ministris Ecclesiæ, quoad officium docendi: multò minùs liceat juramentum religionis ab illis poscere.

IV. Quòd non liceat Magistratui hæreticos coërcere, aut è civitate ejicere.

V. Quòd nec incumbat ei, nec liceat, supplicia capitalia, quantumvis atrociter delinquentibus, inferre.

VI. Quòd bella gerere in universum sit interdictum.

VII. Quòd subditis Christianis non solùm non liceat militare, jubente etiam Magistratu; sed neque sumtus, eô postulante conferre ad bellum, aut pro successu ejus felici orare.

IIX. Quòd Christianis non liceat præstare juramentum ullum, licet postulante Magistratu.

IX. Quòd homini Christiano non liceat in jus vocare alium, qui damnum aut injuriam intulit.

X. Quòd Christiano homini non liceat Magistratum honoris causâ compellare titulis ab officio distinctis, neque incurvare coram eo corpus, aut aperire caput.

XI. Quòd tantò magis illicitum sit, honorum titulos & signa alia, per apertionem capitis aut deflexionem corporis, aliis hominibus exhibere, aut acceptare: aut prærogativam ex nobilitate generis agnoscere, aut singulos plurali numero (*Vos*) compellare.

XII. Quòd in vestitu nihil liceat ultra necessitatem & usum, ornatûs causâ, gestare.

XIII. Quòd Recreationes, quæ fiunt per Ludos, Comœdias, Saltationes & similia, prorsùs interdictæ sint Christianis.

Cap. XX.

De Novissimis,

Thes. I. Quòd Mors naturalis, licet sit consequens lapsûs Protoplastorum, non tamen in se spectata sit peccati pœna in posteris Adami.

II. Quòd quamvis detur Resurrectio mortuorum, non tamen detur corporum, quoad substantiam eorundem, quæ in hac vita habuimus, resurrectio.

III. Quod Visio Dei intuitiva, qualis in futuro, post hanc vitam, statu beatitudinis locum habebit; jam dum in hac vita, aliquando obtingat fidelibus.

IV. Quod ante consummationem mundi Regnum Christi novum & solenne in his terris erigendum restet, quô credentes in illum à consortio malorum remoti & quieti, felices & contenti sint victuri.

INDEX

INDEX II.

Nomina & Scripta Quakerorum continens, quorum in Collatione præsenti fit mentio.

William AMES, die Sache Christi und seines Volcks gerechtfertiget/ contra J. Lassenium. 1662. 4t.

Ejusd. An die Einwohner zu Amsterdam/ vom Gut abziehen/ extat sub finem libelli W. Catonis Allarm. 1660. 4t.

Rob. BARCLAJI Theses Theologicæ. Amstelod 1675. 4t.

Ejusdem Apologia veræ Christianæ. Amstelod. 1676. 4t.

Ejusdem Catechismus und Glaubens Bekänntniß. Amst. 1679. 12m.

Ejusdem Animadversiones ad Nic. Arnoldi Exercitationem de Quakerismo, ejusque brevis Refutatio. Roterod. 1675. 8vo.

Ejusdem Rettung der Warheit/ contra Adrianum Pauli. Stellungen. It. Antwort auf Adr. Pauli Buch gegen George Fox. Amsterd. 1681. 4t.

Ejusdem Antwort und Erläuterung auf Bened. Figken. Amst. 1680. 4.

Th. BAYLES Relation von der Wiederkunfft und Reise eines Menschen/ aus einer langen und schweren Gefängniß. Amsterd. 1678. 12.

Edow. BOURROUGH Een Standaert opgerecht, ende een Baniere voorgehouden tot alle Natien. Amsterd. 1668. 4t.

Ejusdem Een Verklaeringh an de gehele werelt, van ons Geloofs, ende wat wy geloven, die Quakers genaemt worden: extat in James Parnel Onders. des Geloofs. 1669. 4t.

Will. CATON Allarm geblasen zu allen Nationen der gantze Welt. 1660. 4t.

Ejusdem Den Matelyken Ondersœker voldaen. Amsterd. 1669. 4t.

Ejusd. Beschirmung der Unschuldigen wieder die Lästermäuler/ oder Antwort auf 5. Bücher/ Christ. Pauli Augensalbe/ Joh. Berckenthal der Quäker Hertzen-Grund/ Anonymi Quäker-Quackeley/ Anonymi der Quaker Natur und Eigenschafft/ Bened. Figken der alte Anabaptist und der neue Quäker. Accedit ejusdem klarer Beweiß/ daß die heydnis. Philosophi von Christo dem eingebohrnen Worte und Sohne Gottes gewust und gezeuget haben: contra Christ. Pauli. Amsterd. 1664. 4t.

Ejusdem gewisser Schall der Warheit contra Christ. Pauli hellklingenden Widerschall. Amst. 1665. 4.

Ejusdem Anspruch an Christ Pauli. ib. eod. adjungitur libello priori.

Ejusdem die alte Warheit erhöhet contra Hamburg. Quaker-greuel.

Steven

Steven Crisp ein Klang des Allarms in den Gräntzen des geistl. Egypten geblasen. Amsterd. 1674. 4t.

Ejusdem Triumph der Warheit über die Falschheit / in einer Antwort auf die Beschuldigung Alex. Rossens / im Buch von der Welt Gottesdienst. Amsterd. 1671. 8vo.

Georg Fox Beschirmung der Warheit / oder Antwort auf Ministerii Hamburg. Quakergreuel. Amsterd. 1679. 4t.

Ejusdem Antwort auf die Lügen und Lästerungen Adrian Pauli (absq; significatione anni & loci.)

Ejusdem Vorstellung wegen der Erfüllung und Endigung der Tauffe Johannis / und der Zunehmung der geistl. Tauffe Christi. Ingleichen von dem Abendmahl des HErrn. Amsterd. 1683.

Th. Green Een Getygenisse tot alle Natien, Geslachten, Talen, en Volkeren. Amst. 1669. 4t.

Franc. Howgill Einige Eröffnung des Bauchs der Morgenröthe. Amsterd. 1661. 4t.

Georg. Keithi Amica Responsio ad Joh. Guil. Bajeri Dissertat. primam contra Quakeros. Amstel. 1687. 4t.

T. L. K. V. G. wolgemeinte Schrifft an die Bediente des Obrigkeitl. Amts in Dantzig und denen angehörigen Orten. Amsterd. 1679. 4t.

Th. Lawson Antwort auf ein Buch genañt der Unflaht der Quäker / ausgegeben von M. J. J. Zentgraff, gut geheissen von J. C. Danhauer &c. Amsterd. 1668. 8v.

J. N. Liefde tot de Verloorene. Amsterd. 1669 4t.

James Parnel Een Ondersoeck des Geloofs, belgicè Amsterd. 1669. 4t. Germanicè ibid. 1681. 4t.

Will. Penn, Vorforderung der Christen fürs Gericht / sammt einer freundl. Heimsuchung in der Liebe Gottes / an alle diejenigen / unter allerley Secten und Religionen / welche eine Begierde und Verlangen haben nach der wahren Erkäntniß Gottes. Amsterd. 1678. 12.

Ejusdem Epistola Consulibus nec non Senatui Civitatis Embdensis Londino scripta & missa. Roterod. 1675. 4t.

Isaac Pennington, junioris, Den Weg des Levens ende Doots, openbaer gemaeckt, ende voor de Menschen geset. 1661. 4t.

Will. Shewen Eines wahren Christen Glaube und Erfahrenheit / ingleichen wird des Nahm-Titul- oder Maul-Christens Glaube und Bekäntniß geprüfft / untersucht und geurtheilt. Amsterd. 1678. 12.

Accesserunt libelli passim citati.

Weg zum Königreich.

Stein den die Bauleute verworffen haben.

Gründ und Ursachen / warum Sie (Quakeri) die Lehrer dieser Welt verläugnen.

FINIS.



